decemviros vocantis, velut nova res, quia intermiserant iam diu
morem consulendi senatus, mirabundam plebem convertit, quid-
nam incidisset, cur ex tanto intervallo rem desuetam usurpa-
rent: hostibus belloque gratiam habendam, quod solitum quic- 9
quam liberae civitatis fieret. circumspectare omnibus fori par-
tibus senatorem raroque usquam noscitare. curiam inde ac 10
solitudinem circa decemviros intueri, cum et ipsi consensu
invisum imperium, et plebs, quia privatis ius non esset vocandi
senatum, non convenire patres interpretarentur; iam caput fieri

eam] Man erwartet *id impedimentum;* durch *eam* wird der Hauptbegriff *discordia* nachdrücklicher hervorgehoben: 4, 28, 5 *necessitate, quae ultimum ac maximum telum est.*

4. *per urbem*] 'in der Stadt umher', gehört zu *fuga.*

5. *ab Tusculo*] = *Tusculani.*

7. *abolendi*] Das Verbum *abolere* (vernichten, aufheben) wird sonst nicht in dieser Verbindung (= *abrogare*) gebraucht.

praeferocis] Das Wort findet sich vor Livius nicht; ebenso erscheinen bei ihm zuerst: *praealtus, praedives, praefervidus, praegelidus, praemortuus* (Kap. 72, 5), *praepollens, praevalidus.*

8. *in foro*] Der Herold verkündet dies zunächst auf dem Forum, weil die Dezemvirn voraussetzen, daß unter der infolge des Kriegslärms (§ 4) zusammengeströmten Menge sich auch eine Anzahl Senatoren befinden.

mirabundam] Dieses Wort findet sich nur bei Livius (25, 37, 12). Hier hängt davon ein Fragesatz ab, wie oft von *mirari* (Kap. 35, 5).

desuetam] dichterisches Wort, = *obsoletam.*

9. *quicquam*] zuweilen in positiven Sätzen, 'auch nur irgend etwas'. 4, 39, 5 *dum quicquam superfuit lucis;* 1, 35, 3 etc.

liberae civitatis] Vgl. 28, 3, 5 *aut rex . . . aut, quod unum liberae civitatis consilium est, senatus habendus est.*

circumspectare] Subjekt: man, näml. die Plebs.

senatorem] Die Deutlichkeit und der Sinn erfordern den Singular: überall sah man nach, ob nicht ein S. da sei.

10. *consensu*] zu verbinden mit *interpretarentur.*

invisum] erg. *senatoribus esse.*

caput] es zeige sich ein Mittelpunkt derjenigen, welche die Freiheit wieder erlangen wollten, wenn

libertatem repetentium, si se plebs comitem senatui det et, quem ad modum patres vocati non coëant in senatum, sic plebs
11 abnuat dilectum. haec fremunt plebes. patrum haud fere quisquam in foro, in urbe rari erant. indignitate rerum cesserant in agros suarumque rerum erant amissa publica, tantum ab iniuria se abesse rati, quantum a coetu congressuque impoten-
12 tium dominorum se amovissent. postquam citati non conveniebant, dimissi circa domos apparitores simul ad pignera capienda sciscitandumque, num consulto detrectarent. referunt senatum in agris esse. laetius id decemviris accidit, quam si prae-
13 sentes detrectare imperium referrent. iubent acciri omnes senatumque in diem posterum edicunt; qui aliquanto spe ipsorum frequentior convenit. quo facto proditam a patribus plebs libertatem rata, quod iis, qui iam magistratu abissent, privatisque, si vis abesset, tamquam iure cogentibus senatus paruisset.

39 Sed magis oboedienter ventum in curiam esse quam obnoxie
2 dictas sententias accepimus. L. Valerium Potitum proditum memoriae est post relationem Ap. Claudi, priusquam ordine sententiae rogarentur, postulando, ut de re publica liceret dicere;

sich die Plebs dem Senate anschließe. Vgl. 4, 56, 5 *caput rerum Antiatis esse*; Kap. 51, 1 *sine capite multitudo*; 45, 7, 3 *Perseus caput belli erat.*

11. *haec fremunt plebes*] 'so murrte das Volk'. *fremere* mit Acc. auch Verg. Aen. 11, 132 *unoque omnes eadem ore fremebant*. Vgl. 8, 13, 1 *Pedum expugnandum ac delendum senatus fremit.*

indignitate] objektiv: das Unwürdige, Ungebührliche der Sachlage; anders Kap. 12, 1.

in agros] d. h. auf ihre Landgüter in der Nähe der Stadt, so daß sie bis zum folgenden Tag herbeigeholt werden konnten (§ 13).

erant] lebten nur ihren etc.; vgl. Kap. 36, 7.

publica] scil. *re*, aus *rerum* zu entnehmen.

12. *conveniebant*] Das Imperf. nach *postquam* findet sich bei Liv. gegen hundertmal, namentlich in negierten Sätzen zur Bezeichnung eines Zustandes (Kap. 46, 9; 60, 8; 66, 5), oft bei Sallust, viermal bei Cicero und zweimal bei Cäsar.

apparitores] öffentliche Diener, früher der Könige (1, 8, 3), nun der Magistrate, namentl. *praecones* und *viatores*, 'Amtsdiener, Weibel'.

simul] zuweilen bei Liv. mit *que* korrespondierend (Kap. 50, 12).

pignera] Nebenform zu *pignora*. — Weigerte sich ein Senator, in die Sitzung zu kommen, so konnte der vorsitzende Magistrat denselben in eine Buße verfällen und ihm, um diese einzutreiben, ein Pfand wegnehmen.

13. *privatisque*] 'die also nur Privatleute wären', Folge zu *qui iam magistratu abissent*, aber bedingt durch *si vis abesset.*

cogentibus] scil. *senatum*, den Senat versammeln (Kap. 39, 6).

39. 1. *obnoxie*] 'unterwürfig, feig' (23, 12, 9)

2. *L. Valerium*] Sohn des Konsuls von 460 (vgl. zu Kap. 15, 1), nach der Absetzung der Dezemvirn Konsul (Kap. 55, 1).

post relationem] Vgl. zu Kap. 21, 2. Nach seinem Vortrage über den Krieg wollte Appius Claudius sogleich die Senatoren der Reihe nach um ihre Meinung über diesen Gegenstand befragen; da verlangte Valerius, daß derselbe, wie es sonst Regel war, zunächst die Lage des Staates im allgemeinen zur Sprache bringe.

postulando ... denuntiantem] nicht *postulantem ... et ... denuntiantem*

prohibentibus minaciter decemviris prodituram se ad plebem
denuntiantem tumultum excivisse. nec minus ferociter M. Ho- 3
ratium Barbatum isse in certamen, decem Tarquinios appellantem admonentemque Valeriis et Horatiis ducibus pulsos
reges. nec nominis homines tum pertaesum esse, quippe quo 4
Iovem appellari fas sit, quo Romulum, conditorem urbis, deincepsque reges, quod sacris etiam ut sollemne retentum sit;
superbiam violentiamque tum perosos regis. quae si in rege 5
aut in filio regis ferenda non fuerint, quem laturum in tot
privatis? viderent, ne vetando in curia libere homines loqui 6
extra curiam etiam moverent vocem. neque se videre, qui sibi minus privato ad contionem populum vocare quam illis senatum cogere liceat. ubi vellent, experirentur, quanto fortior 7
dolor libertate sua vindicanda quam cupiditas iniusta dominatione esset. de bello Sabino eos referre, tamquam maius ullum 8
populo Romano bellum sit quam cum iis, qui legum ferundarum causa creati nihil iuris in civitate reliquerint, qui comitia, qui annuos magistratus, qui vicissitudinem imperitandi, quod unum exaequandae sit libertatis, sustulerint, qui privati fasces et regium imperium habeant. fuisse regibus exactis patricios 9

oder *postulando* ... *et* ... *denuntiando*, da die Forderung noch fortdauerte, als er vor das Volk zu treten drohte.

3. *M. Horatium*] nach den Konsularfasten *M. f. M. n.*, also wohl Sohn des Konsuls von 457 und Enkel des Konsuls von 509 u. 507; Kollege des L. Valerius gegen Ende dieses Jahres.

Valeriis] Vgl. Liv. 2, 2, 11 *Brutus collegam sibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium, quo adiutore reges eiecerat.*

Horatiis] Nach Dion. Hal. 4, 85 stand M. Horatius mit T. Herminius an der Spitze des Heeres im Lager vor Ardea, als es dem Tarquinius den Gehorsam versagte. Livius hat dies nicht erwähnt. Vielleicht hat er hier auch an Horatius Cocles gedacht.

4. *deinceps*] attributiv; vgl. zu Kap. 26, 3.

sacris] Dativ. — Manche Opfer und Gebete für den Staat waren in der Königszeit vom Könige persönlich verrichtet worden. Bei Einrichtung der Republik wählte man, damit die Götter nicht verletzt würden, zur Besorgung dieser Opfer einen *rex sacrorum* auf Lebenszeit. Er war Mitglied des Kollegiums der Pontifices, dem Pontifex maximus untergeordnet und von weltlichen Ämtern ausgeschlossen, damit er nicht wegen des Namens *rex* und seiner Unabsetzbarkeit der Freiheit gefährlich werden könnte.

perosos] Vgl. zu Kap. 34, 8.

6. *qui*] 'warum', adverbialer Ablativ zum Fragepronomen *quis*, dagegen Kap. 64, 10 zum Indefinitum *quis*.

privato] Versammlungen des Volkes, wie des Senates, konnten nur von Magistraten berufen werden.

7. *libertate sua vindicanda*] Abl. der Veranlassung, 'wenn man seine Fr. verteidige'. *in* würde mehr die Umstände und Zeitverhältnisse angeben.

sua] auf ein aus dem Zusammenhang zu entnehmendes logisches Subjekt, etwa *hominibus*, zu beziehen.

iniusta dominatione] Dazu ist aus *vindicanda* durch ein Zeugma ein Verb zu entnehmen, etwa *retinenda*.

8. *sit*] c. Gen. Gerundivi, 'dazu geeignet sei'; vgl. zu Kap. 31, 7 u. 24, 1.

magistratus, creatos postea post secessionem plebis plebeios; cuius illi partis essent, rogitare. populares? quid enim eos per populum egisse? optimates? qui anno iam prope senatum non habuerint, nunc ita habeant, ut de re publica loqui prohibeant? ne nimium in metu alieno spei ponerent: graviora quae patiantur videri iam hominibus, quam quae metuant.

40 Haec vociferante Horatio cum decemviri nec irae nec igno-
scendi modum reperirent nec, quo evasura res esset, cernerent,
2 C. Claudi, qui patruus Appi decemviri erat, oratio fuit precibus
quam iurgio similior, orantis per sui fratris parentisque eius
3 manes, ut civilis potius societatis, in qua natus esset, quam
foederis nefarie icti cum collegis meminisset. multo id magis
4 se illius causa orare quam rei publicae; quippe rem publicam,
si a volentibus nequeat, ab invitis ius expetituram; sed ex
magno certamine magnas excitari ferme iras; earum eventum
5 se horrere. cum aliud, praeterquam de quo rettulissent, decem-
viri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit.
sententiam igitur peregit, nullum placere senatus consultum
6 fieri. omnesque ita accipiebant, privatos eos a Claudio iudica-
7 tos; multique ex consularibus verbo adsensi sunt. alia sententia,
asperior in speciem, vim minorem aliquanto habuit, quae

9. *secessionem plebis*] Vgl. zu Kap. 9, 9.

cuius] = *utrius*, in Verbindung mit *partis;* ebenso 4, 5, 3; 21, 39, 6; 22, 23, 6.

illi] scil. *decemviri.* — *rogitare*] Subjekt: *se* (d. h. *Horatium*).

quid enim eos per populum egisse?] Sinn in direkter Rede: *populares non sunt; nihil enim per populum egerunt.*

40. 1. *nec irae nec ignoscendi modum*] d. h. wie weit sie im Zorne oder Nachgeben gehen sollten, um die Aufregung nicht zu vermehren und doch auch nicht schwach zu erscheinen.

2. *patruus*] Vgl. zu Kap. 33, 3.

oratio] welche er bei der nunmehr begonnenen Umfrage hielt (vgl. zu Kap. 39, 2), indem er zuerst um seine Meinung befragt wurde (Dion. 11, 7).

iurgio] Vorwurf, Tadel.

3. *foederis*] Kap. 36, 9.

4. *quippe*] Vgl. zu Kap. 9, 4.

a volentibus] Dazu ist aus *ius expetituram* ein entsprechendes Prädikat (etwa *ius impetrare*) zu entnehmen.

ius expetituram] 'werde sich von ihnen sein Recht zu verschaffen wissen', d. h. sie nötigen, die angemaßte Gewalt niederzulegen.

sed ex magno certamine etc.] Sinn: aber das könne nicht ohne einen großen Streit und eine große Erbitterung geschehen, und davor fürchte er sich.

5. *rettulissent*] Vgl. zu Kap. 21, 2.

prohiberent] Imperf. de conatu: obwohl sie zu verhindern suchten, daß die Redner vom vorgelegten Traktandum abgingen.

peregit] Beachte die Livian. Redensart *sententiam peragere*, 'seine Ansicht vortragen' (7, 35, 2; 22, 60, 6).

placere] näml. *sibi;* vom einzelnen Senator, wie § 11.

6. *verbo*] 'mit einem Wort', d. h. einfach, ohne Motivierung ihrer Stimmabgabe. Sall. Cat. 52, 1 *ceteri verbo alius alii varie adsentiebantur.*

7. *asperior*] weil durch die Annahme dieses Antrages entschieden gewesen wäre, daß die Dezemvirn ihre Macht ablegen müßten.

patricios coire ad prodendum interregem iubebat. censendo enim
quoscumque magistratus esse, qui senatum haberent, iudicabant,
quos privatos fecerat auctor nullius senatus consulti faciendi.
Ita labente iam causa decemvirorum L. Cornelius Malu- 8
ginensis, M. Corneli decemviri frater, cum ex consularibus ad
ultimum dicendi locum consulto servatus esset, simulando curam
belli fratrem collegasque eius tuebatur, quonam fato incidisset, 9
mirari se dictitans, ut decemviros, qui decemviratum petissent,
aut soli aut hi maxime oppugnarent; aut quid ita, cum per tot 10
menses vacua civitate nemo, iustine magistratus summae rerum
praeessent, controversiam fecerit, nunc demum, cum hostes
prope ad portas sint, civilis discordias serant, nisi quod in
turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur. ceterum — 11
nec enim maiore cura occupatis animis verum esse praeiudicium
rei tantae fieri — sibi placere de eo, quod Valerius Horatius-
que ante idus Maias decemviros abisse magistratu insimulent,
bellis quae immineant perfectis, re publica in tranquillum red-
acta, senatu disceptante agi, et iam nunc ita se parare Ap. 12
Claudium, ut comitiorum, quae decemviris creandis decemvir

patricios] die Patrizier überhaupt, nicht bloß die patrizischen Senatoren (vgl. zu Kap. 8, 2).

prodendum] Für die Ernennung eines Interrex ist *prodere* stehender Ausdruck (vgl. *dictatorem dicere* Kap. 26, 6).

iubebat] von dem Antrage ausgesagt, während eigentlich dabei an den Antragsteller gedacht wird (üblich ist: *lex iubet*).

censendo] dadurch daß man abstimmte, einen Beschluß faßte, erklärte man eben etc. *censere* 'beschließen' ist term. techn. vom Senat.

quoscumque] 'irgend welche, irgend welcher Art'. Livius gebraucht *quicumque* zuweilen als Pronomen indefinitum (**1**, 39, 5; **9**, 9, 11; **22**, 58, 5; **33**, 45, 2; **35**, 13, 9). Dies findet sich schon früher in den Phrasen *quacumque ratione* (Cic. in Cat. 2, § 11; ad Att. 12, 29; Liv. **36**, 7, 3) und *quocumque modo* (Sall. Iug. 103, 3; Prop. **1**, 8, 34; Hor. ep. **1**, 1, 66). Auch vgl. Ov. Met. 15, 412 *protinus assimulat tactu quoscumque colores.*

privatos fecerat] wenigstens indirekt, indem ihnen die Befugnis, einen Senatsbeschluß herbeizuführen, nicht zuerkannt wurde.

auctor] derjenige, welcher den Antrag gestellt hatte.

8. *L. Cornelius*] Konsul 459; vgl. Kap. 22, 1.

ad ultimum dicendi locum] 'um zuletzt seine Stimme abzugeben'.

9. *qui decemviratum petissent*] Ergänze *ii*, Subjekt zu *oppugnarent.*

10. *ita,* erklärt durch *cum ... fecerit,* Ausdruck der Mißbilligung.

per tot menses] rhetorische Übertreibung, da wir (nach Kap. 38, 1—3) noch im Anfang des Amtsjahres stehen.

11. *verum esse*] = *aequum esse;* **2**, 48, 2; **7**, 13, 7; **28**, 11, 12.

praeiudicium] Die bisherigen Redner stimmten darin überein, daß sie die Amtsführung der Dezemvirn für eine ungesetzliche hielten. Cornelius meint nun: da eine ruhige Erörterung dieser wichtigen Frage zur Zeit unmöglich sei, so solle sie erst später vom Senate untersucht werden und dürfe jetzt kein Beschluß gefaßt werden, welcher der endgültigen Entscheidung derselben vorgreife.

ante idus] = *pridie idus.*

12. *comitiorum*] nicht über die

ipse habuerit, sciat sibi rationem reddendam esse, utrum in unum annum creati sint, an donec leges, quae deessent, perfer-
13 rentur. in praesentia omnia praeter bellum omitti placere; cuius si falso famam vulgatam vanaque non nuntios solum, sed Tusculanorum etiam legatos attulisse putent, speculatores mit-
14 tendos censere, qui certius explorata referant; sin fides et nuntiis et legatis habeatur, dilectum primo quoque tempore haberi et decemviros quo cuique eorum videatur exercitus ducere nec rem aliam praeverti.

41 In hanc sententiam ut discederetur, iuniores patrum evincebant. ferocioresque iterum coorti Valerius Horatiusque vociferari, ut de re publica liceret dicere: dicturos ad populum, si in senatu per factionem non liceat; neque enim sibi privatos aut in curia aut in contione posse obstare, neque se imaginariis fascibus
2 eorum cessuros esse. tum Appius iam prope esse ratus, ut, ni violentiae eorum pari resisteretur audacia, victum imperium
3 esset, 'non erit melius' inquit, 'nisi de quo consulimus, vocem misisse', et ad Valerium, negantem se privato reticere, lictorem
4 accedere iussit. iam Quiritium fidem implorante Valerio a curiae limine, L. Cornelius complexus Appium non cui simulabat consulendo diremit certamen; factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia quae vellet, cum libertas non ultra vocem exces-
5 sisset, decemviri propositum tenuere. consulares quoque ac

Amtsführung der Dezemvirn, da sie ohne Provokation gewählt waren, sondern darüber, ob in den Wahlkomitien ihre Amtsdauer auf ein Jahr festgesetzt worden sei oder nicht.

unum] mit Nachdruck hinzugefügt: **9**, 34, 1 *illius Appi progenies, qui decemvir in annum creatus altero anno se ipse creavit, tertio nec ab se nec ab ullo creatus privatus fasces et imperium obtinuit;* **4**, 25, 8 *prolatae in annum res.*

13. *censere*] Ergänze: *se.*

14. *haberi*] = *habendum esse,* in Abhängigkeit von *censere.*

praeverti] Vgl. zu Kap. 22, 2.

41. 1. *ut discederetur*] 'daß abgestimmt würde'. Die Abstimmungen im Senat fanden dadurch statt, daß man nach verschiedenen Seiten aus einander trat.

evincebant] Imperf. de conatu.

factionem] die Dezemvirn und ihren Anhang, die *iuniores patrum.*

3. *non erit*] Die zu *misisse* gehörige Negation ist mit Nachdruck vorangestellt. *nisi non* = nur. Sinn: *melius erit vocem non misisse nisi de quo consulimus.* Vgl. Kap. 48, 3.

reticere] mit Dativ 'einem gegenüber schweigen, ihm nicht antworten', eine sich erst bei Liv. findende Verbindung: **23**, 12, 9; Ov. Met. 3, 357; Tac. Ann. 14, 49; ebenso *tacere* mit Dat. Liv. **42**, 40, 10.

accedere] um ihn zu verhaften.

4. *implorante*] Er fing schon an, das vor den während der Senatssitzungen offenstehenden Thüren der Kurie versammelte Volk zu Hülfe zu rufen.

non cui etc.] = *non ei, cui se consulere simulabat, consulendo.* Er gab sich den Schein, als beschütze er den Valerius, war aber in Wirklichkeit für den Appius besorgt.

gratia] 'Erlaubnis'; anders Kap. 56, 4.

libertas] Sein Freimut ging nicht über die Worte hinaus, veranlaßte keine Thätlichkeiten.

propositum tenuere] Wie die Dezemvirn ihr Vorhaben durchsetzten und was denn beschlossen wurde,

seniores ab residuo tribuniciae potestatis odio, cuius desiderium
plebi multo acrius quam consularis imperii rebantur esse, prope
malebant postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu
quam invidia eorum exsurgere rursus plebem. si leniter ducta 6
res sine populari strepitu ad consules redisset, aut bellis inter-
positis aut moderatione consulum in imperiis exercendis posse
in oblivionem tribunorum plebem adduci.

Silentio patrum edicitur dilectus. iuniores, cum sine pro- 7
vocatione imperium esset, ad nomina respondent. legionibus
scriptis inter se decemviri comparant, quos ire ad bellum, quos
praeesse exercitibus oporteret. principes inter decemviros erant 8
Q. Fabius et Ap. Claudius. bellum domi maius quam foris
apparebat. Appi violentiam aptiorem rati ad comprimendos ur-
banos motus. in Fabio minus in bono constans quam navum
in malitia ingenium esse. hunc enim virum, egregium olim 9
domi militiaeque, decemviratus collegaeque ita mutaverant, ut
Appi quam sui similis mallet esse. huic bellum in Sabinis, M'.
Rabuleio et Q. Poetilio additis collegis, mandatum. M. Cor- 10
nelius in Algidum missus cum L. Minucio et T. Antonio et
K. Duillio et M. Sergio. Sp. Oppium Ap. Claudio adiutorem ad
urbem tuendam aequo omnium decemvirorum imperio decernunt.

Nihilo militiae quam domi melius res publica administrata 42
est. illa modo in ducibus culpa, quod, ut odio essent civibus, 2
fecerant; alia omnis penes milites noxia erat, qui, ne quid

ist unklar. Wahrscheinlich wurde nun der Antrag des L. Cornelius angenommen: a) die Untersuchung über das Recht der Dezemvirn zu vertagen (Kap. 40, 14), b) eine Aushebung zu veranstalten (Kap. 40, 14).

5. *consulares quoque*] nicht nur die *iuniores patrum.*

ab...odio] Vgl. zu Kap. 15, 7.

voluntate] 'freiwillig', nicht infolge eines Senatsbeschlusses.

invidia eorum] aus Unwille, Erbitterung gegen sie.

6. *sine populari strepitu*] ohne Aufregung des Volkes, ohne daß Günstlinge des Volkes darüber ein Geschrei erhöben.

7. *silentio*] Nachdem der Beschluß gefaßt und die Sitzung geschlossen war, kam es den einzelnen Senatoren nicht zu, gegen die Aushebung Einsprache einzulegen, und ließen sie dieselbe stillschweigend vor sich gehen.

nomina] Namensaufruf.

quos ire ad bellum, quos praeesse exercitibus oporteret] Sie machen aus a) wer in den Krieg ziehen und wer in Rom bleiben solle, b) welchen von den Ausziehenden in den beiden Kriegen das oberste Kommando zustehen solle (nämlich dem Fabius § 9 und Cornelius § 10).

8. *rati*] scil. *sunt.*

in Fabio etc.] 'F. zeigte weniger eine im Guten beharrliche als in der Schlechtigkeit eifrige Gesinnung'; d. h. er war immer noch thätig, wie früher, aber jetzt mehr im Schlechten, als im Guten. Daher hatte er nichts dagegen, daß man den Appius in der Stadt nach Willkür walten ließe.

10. *aequo omnium decemvirorum imperio*] Hätte man den Appius allein als Praefectus urbis zurückgelassen, so wäre er durch seine Selbständigkeit den Kollegen überlegen gewesen. Daher gab man auch ihm einen Gehülfen, um die Gleichberechtigung aller zu wahren, soweit es unter den vorhandenen Umständen möglich war.

42. 2. *noxia* 'Verschuldung, Feh-

ductu atque auspicio decemvirorum prospere usquam gereretur,
3 vinci se per suum atque illorum dedecus patiebantur. fusi et ab Sabinis ad Eretum et in Algido ab Aequis exercitus erant. ab Ereto per silentium noctis profugi propius urbem inter
4 Fidenas Crustumeriamque loco edito castra communierant; persecutis hostibus nusquam se aequo certamine committentes natura
5 loci ac vallo, non virtute aut armis tutabantur. maius flagitium in Algido, maior etiam clades accepta; castra quoque amissa erant, exutusque omnibus utensilibus miles Tusculum se, fide misericordiaque victurus hospitum, quae tamen non fefellerunt,
6 contulerat. Romam tanti erant terrores allati, ut posito iam decemvirali odio patres vigilias in urbe habendas censerent, omnes, qui per aetatem arma ferre possent, custodire moenia
7 ac pro portis stationes agere iuberent, arma Tusculum ac supplementum decernerent decemvirosque ab arce Tusculi digressos in castris militem habere; castra alia a Fidenis in Sabinum agrum transferri belloque ultro inferendo deterreri hostes a consilio urbis oppugnandae.

43 Ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora de-
2 cemviri belli domique adiciunt. L. Siccium in Sabinis, per invidiam decemviralem tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem,

ler', wenig verschieden von *culpa*, welches die Urheberschaft des Handelnden mehr hervorhebt.

per] modal statt *cum:* Kap. 64, 2 u. 69, 4.

4. *hostibus*] Vgl. 5, 18, 8 *nec se tamen aequo loco hosti commisit.*

se] auch mit *tutabantur* zu verbinden.

aequo certamine] Abl. modi. Inbezug auf *loco edito castra communierant* ist ein *aequum certamen* ein für beide Teile gleich vorteilhafter Kampf auf freier Ebene.

5. *utensilibus*] 'Bedürfnisse', Gerätschaften, Waffen u. Lebensmittel.

tamen] obschon sich das römische Heer so feige benommen hatte.

6. *terrores*] Plur., weil von zwei Seiten her.

posito] nicht eigentlich 'ablegen', sondern in beschränkterem Sinne 'beiseite setzen'. — Der von Appius einberufene Senat geht, ohne dem Hasse gegen die Dezemvirn Ausdruck zu geben, sofort auf die Beratung und Anordnung militärischer Maßregeln ein.

7. *Tusculum*] durch eine Brachylogie mit *decernerent* verbunden.

decernerent] mit doppelter Konstruktion: a) Objekt im Accus., b) Accus. c. Inf., welcher sonst nach diesem Verbum nur beim Gerundivum üblich ist, wie bei *censere* (Kap. 40, 14).

alia] = *altera.*

Kap. 43. Ermordung des L. Siccius Dentatus. Vgl. Dion. Hal. XI, 25—27.

1. *belli domique*] Warum nicht *domi bellique*? Vgl. zu Kap. 19, 5.

2. *Siccium*] mit dem Beinamen Dentatus. Von andern Schriftstellern wird er Sicinius genannt, wie der Urheber der ersten Secession (Liv. 2, 32, 2).

secessionis] Schon der Ort, wo jetzt das Heer stand, erinnerte an die erste Secession, welche vor 45 Jahren auf den heiligen Berg bei Fidenae unternommen worden war.

mentiones] Plur., weil es in mehreren Gesprächen geschah.

serentem] Vgl. zu Kap. 17, 10.

prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt. datur neg- 3
otium militibus, quos miserant expeditionis eius comites, ut
eum opportuno adorti loco interficerent. haud inultum inter- 4
fecere; nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere, cum
ipse se praevalidus pari viribus animo circumventus tutaretur.
nuntiant in castra ceteri praecipitatum in insidias esse, Siccium 5
egregie pugnantem militesque quosdam cum eo amissos. primo 6
fides nuntiantibus fuit; profecta deinde cohors ad sepeliendos qui
ceciderant decemvirorum permissu, postquam nullum spoliatum
ibi corpus Sicciumque in medio iacentem armatumque omnibus
in eum versis corporibus videre, hostium neque corpus ullum
nec vestigia abeuntium, profecto ab suis interfectum memorantes
rettulere corpus invidiaeque plena castra erant. et Romam 7
ferri protinus Siccium placebat, ni decemviri funus militare ei
publica impensa facere maturassent. sepultus ingenti militum
maestitia, pessima decemvirorum in vulgus fama est.

Sequitur aliud in urbe nefas ab libidine ortum, haud minus 44
foedo eventu, quam quod per stuprum caedemque Lucretiae
urbe regnoque Tarquinios expulerat, ut non finis solum idem
decemviris, qui regibus, sed causa etiam eadem imperii amittendi esset.

Ap. Claudium virginis plebeiae stuprandae libido cepit. 2
pater virginis, L. Verginius, honestum ordinem in Algido ducebat,
vir exempli recti domi militiaeque. perinde uxor instituta fuerat
liberique instituebantur. desponderat filiam L. Icilio tribunicio, 3
viro acri et pro causa plebis expertae virtutis. hanc virginem 4
adultam, forma excellentem Appius amore amens pretio ac
spe perlicere adortus, postquam omnia pudore saepta animad-

4. *praevalidus*] Vgl. zu Kap. 38, 7.

6. *in medio iacentem arm.*] 'bewaffnet in der Mitte liegen'.

profecto] 'offenbar', oft unserem 'müssen' entsprechend.

rettulere] Constructio κατὰ σύνεσιν.

7. *placebat, ni*] Vgl. zu Kap. 1, 4.

militare] d. h. mit allen militärischen Ehren.

sepultus...est] das Particip und Hülfsverb auffallend weit von einander getrennt (wie Kap. 51, 1).

in vulgus] ein Ausdruck der Umgangssprache, oft in Ciceros Briefen und bei Livius, 'beim Volke'.

Kap. 44—48. Verginia. Vgl. Dion. Hal. XI, 28—37.

44. 1. *stuprum caedemque Lucretiae*] Liv. 1, 58.

Tarquinios expulerat] 'die Vertreibung der T. herbeigeführt hatte'; Brachylogie st. *effecerat, ut Tarquinii expellerentur*.

2. *honestum ordinem ducebat*] 'führte eine angesehene Kompagnie, bekleidete eine militärische Ehrenstelle'.

exempli recti] 'von musterhaftem Benehmen'.

uxor] Numitoria (vgl. Kap. 45, 4); sie war einige Jahre vorher gestorben.

liberi] Die 15 Jahre alte Verginia war das einzige Kind (*unica filia*, Kap. 45, 9) des Verginius.

3. *L. Icilio*] Vgl. zu Kap. 31, 1.

pro causa] 'in seinem Auftreten für' die lex de Aventino publicando.

4. *pretio ac spe*] 'durch Geschenke und Versprechungen'.

adortus] Das Verbum adorior

5 vertit, ad crudelem superbamque vim animum convertit. M.
Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem ad-
sereret neque cederet secundum libertatem postulantibus vin-
dicias, quod pater puellae abesset, locum iniuriae esse ratus.
6 virgini venienti in forum — ibi namque in tabernis litterarum
ludi erant — minister decemviri libidinis manum iniecit; serva
sua natam servamque appellans sequi iubebat: cunctantem vi
7 abstracturum. pavida puella stupente ad clamorem nutricis
fidem Quiritium implorantis fit concursus. Vergini patris spon-
sique Icili populare nomen celebrabatur. notos gratia eorum,
8 turbam indignitas rei virgini conciliat. iam a vi tuta erat, cum
adsertor nihil opus esse multitudine concitata ait; se iure gras-
9 sari, non vi. vocat puellam in ius. auctoribus, qui aderant, ut
sequeretur, ad tribunal Appi perventum est. notam iudici fa-

findet sich mit dem Inf. bei Cicero nur einmal, bei Nepos und Livius zuweilen.

animadvertit — animum convertit] eine Art Wortspiel mit Homöoteleuton.

5. *Claudio*] Die Klienten führen den Gentilnamen ihres Patrons. In alter Zeit wurden sie vor Gericht vom Patron vertreten; hier findet eine Ausnahme statt.

in servitutem adsereret] 'als Sklavin beanspruche'; Gegenteil: *adserere in libertatem,* eine Person als frei in Anspruch nehmen.

neque] = *neve,* nach vorangehehendem *ut,* wie *nec* Kap. 52, 11.

vindicias] 'Anspruch'. — Nach § 12 bestimmte ein Gesetz der Zwölf Tafeln, daß eine Person, deren Freiheit angefochten würde, bis zur endgültigen Entscheidung des Streites die Freiheit behalten sollte, damit sie nicht, ehe noch über ihre Freiheit entschieden würde, jeder Unbill ausgesetzt wäre. Der Klient des Appius sollte also, wenn die Verwandten der Verginia vor dem Magistrat erschienen und deren vorläufige Freilassung forderten, eine Vorentscheidung zu seinen Gunsten verlangen.

iniuriae] Dativ. Vgl. Kap. 50, 9 u. 63, 7.

6. *namque*] bei Liv. häufig an der zweiten Stelle des Satzes, ebenso bei Vergil, vorher stets an der ersten.

in tabernis] Vgl. Dion. 11, 28: *ἦν δὲ τὰ διδασκαλεῖα τῶν παίδων τότε περὶ τὴν ἀγοράν.* Der Unterricht war Privatsache und wurde von Privatlehrern erteilt.

natam] durch ein Zeugma mit *appellans* verbunden. Ergänze: *eam esse dicens.*

cunctantem] = *eam, si cunctaretur.*

7. *gratia*] Beliebtheit. — *turba*] die übrige Schar derjenigen, welche weder mit Verginius und seiner Tochter noch mit Icilius persönlich bekannt waren. — *indignitas*] Vgl. zu Kap. 38, 11.

opus esse] mit Abl. Part. Perf. und beigefügtem Substantiv, wie zuweilen bei Liv., öfter mit Abl. des substantivierten Part. Perf. Neutr. (vgl. zu Kap. 27, 7).

se iure grassari] 'er verfahre nach dem Rechte'; Präsens, um anzudeuten, daß er zur *manus iniectio* berechtigt gewesen sei.

vocat puellam in ius] Ein Mädchen konnte nicht vor Gericht auftreten, zumal eine Sklavin, als welche ja Verginia gelten soll. Claudius verfährt daher gegen alle Sitte, indem er die Jungfrau selbst vor Gericht ruft, nicht den Bürger (d. h. Vater), in dessen Gewalt sie bisher war.

9. *auctoribus*] Abl. abs. in einem Wort, = *suadentibus iis.* Vgl. zu Kap. 6, 4.

notam] begründet durch *quippe ... argumenti.*

iudici] zu *notam* gehörig; dagegen *apud ipsum auctorem* mit *peragit*

bulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit:
puellam domi suae natam furtoque inde in domum Vergini
translatam suppositam ei esse; id se indicio compertum adferre 10
probaturumque vel ipso Verginio iudice, ad quem maior pars
iniuriae eius pertineat; interim dominum sequi ancillam aequum
esse. advocati puellae, cum Verginium rei publicae causa 11
dixissent abesse, biduo adfuturum, si nuntiatum ei sit, iniquum
esse absentem de liberis dimicare, postulant, ut rem integram 12
in patris adventum differat, lege ab ipso lata vindicias det
secundum libertatem, neu patiatur virginem adultam famae
prius quam libertatis periculum adire.

Appius decreto praefatur: quam libertati faverit, eam ipsam 45
legem declarare, quam Vergini amici postulationi suae praeten-
dant; ceterum ita in ea firmum libertati fore praesidium, si nec 2
causis nec personis variet; in iis enim, qui adserantur in li-
bertatem, quia quivis lege agere possit, id iuris esse; in ea,
quae in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus
possessione cedat; placere itaque patrem arcessiri, interea iuris 3

(vgl. zu Kap. 40, 5) verbunden, weil der Dativ hier übel klingen würde.

petitor] 'der Kläger', welcher ein Eigentumsrecht beansprucht.

argumenti] Stoff, Gegenstand, Sujet.

10. *vel ipso V. iudice*] 'sogar wenn V. selbst Richter wäre', der bei dem Unrecht noch in höherem Maße beteiligt, noch ärger betrogen worden sei.

interim] bis eine gerichtliche Entscheidung in Anwesenheit des Verg. stattfinden könne.

dominum sequi ancillam] Was ist Subjekt? warum diese Wortstellung?

11. *advocati*] 'die Beistände', die Bekannten, welche sich der Jungfrau annahmen und für sie redeten. — Sie verlangen, daß bis zur Ankunft des Verginius keine gerichtliche Verhandlung stattfinde und seine Tochter in Freiheit belassen werde.

12. *integram*] unentschieden, ohne sich mit ihr zu befassen.

famae] 'ihren guten Ruf... gefährdet sehe'.

45. 1. *decreto praefatur*] 'verkündet in seinem Entscheide'.

praetendant] 'bei...vorschützten'; dieselbe Konstruktion 34, 3, 8 *quid honestum dictu saltem seditioni praetenditur?* 39, 28, 11 *decem legatorum decretum calumniae impudentissimae praetendit;* Kap. 47, 5.

2. *si*] mit *ita* im vorangestellten Hauptsatz ('nur dann...wenn'), an einigen Stellen bei Cicero, nie bei Cäsar und Sallust, oft bei Livius (Kap. 63, 10 u. 65, 9), sehr selten bei Späteren.

variet] wenn das Gesetz weder inbezug auf die Rechtsfälle noch inbezug auf die Personen, für welche es gegeben sei, 'schwanke', d. h. verschieden angewendet werde. — Der intransitive Gebrauch des Verbums *variare* findet sich auch 1, 43, 11; 21, 28, 5; 27, 27, 14.

in iis enim etc.] Appius behauptet sophistisch, dieses Recht gelte wohl für selbständige Personen, für welche die Freiheit beansprucht werde; da diese keinen gesetzlich bestimmten Vertreter hätten, so sei jeder Bürger befugt, für sie vor dem Magistrat einen Rechtshandel zu führen; dagegen eine Person, welche unter väterlicher Gewalt stehe, dürfe in Abwesenheit des Vaters niemandem zu vorläufigem Besitz überlassen werden als einem sie beanspruchenden Eigentümer (*dominus*).

3. *arcessiri*] altertümliche Form

sui iacturam adsertorem non facere, quin ducat puellam sisten-
damque in adventum eius, qui pater dicatur, promittat.
4 Adversus iniuriam decreti cum multi magis fremerent,
quam quisquam unus recusare auderet, P. Numitorius, puellae
5 avus, et sponsus Icilius interveniunt; dataque inter turbam via,
cum multitudo Icili maxime interventu resisti posse Appio
crederet, lictor decresse ait vociferantemque Icilium submovet.
6 placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset. 'ferro
hinc tibi submovendus sum, Appi', inquit, 'ut tacitum feras,
quod celari vis. virginem ego hanc sum ducturus nuptamque
7 pudicam habiturus. proinde omnes collegarum quoque lictores
convoca; expediri virgas et secures iube; non manebit extra
8 domum patris sponsa Icili. non si tribunicium auxilium et
provocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tuendae,
ademistis, ideo in liberos quoque nostros coniugesque regnum
9 vestrae libidini datum est. saevite in tergum et in cervices no-
stras; pudicitia saltem in tuto sit. huic si vis adferetur, ego

der Gerichtssprache statt *arcessi*. Das Wort wird sonst (außer an zwei Stellen bei Frontin) nach der dritten Konjugation abgeändert.

quin nach *iuris sui iacturam non facere*, wie zuweilen nach *non impediri;* im Deutschen ist die Beiordnung vorzuziehen.

sistendamque] enge Verbindung, indem der zweite Satz die Bedingung des ersten ist. Die gewöhnliche Konstruktion wurde hier bei *promittat* nicht angewendet, weil die entsprechenden Formen von *sistere* wenig üblich sind.

4. *iniuriam decreti*] Appius überläßt die Verginia dem Claudius sogar ohne eine Bürgschaft gegen das bloße Versprechen, sie bei der Ankunft des Verginius vors Gericht zu bringen. So wird dem Vater die Stellung des Ansprechers und Klägers zugewiesen. Die freien Personen, welche noch unter väterlicher Gewalt stehen, werden in eine ungünstigere Lage versetzt als die Unfreien (vgl. zu § 2), da sie in Abwesenheit der Väter durchaus ohne Beschützer sind.

recusare] nicht mit *adversus iniuriam* zu verbinden, sondern ergänze *iniuriam* oder *eam*, offen, entschieden zurückweisen.

P. Numitorius] auch Kap. 57, 4 als Großvater der Verginia bezeichnet; dagegen Kap. 54, 11 unrichtig *avunculus Vergini* genannt statt *socer Vergini*.

5. *resisti posse Appio*] d. h. die Ausführung seines Entscheides könne verhindert werden.

decresse] = *Appium iam decrevisse*.

submovet] Der regelmäßige Ausdruck für das Zurückdrängen des Volkes durch die Liktoren (vgl. Kap. 11, 4), hier vom Versuch zu verstehen.

6. *placidum quoque ingenium*] also noch viel mehr den Icilius, der nicht ruhigen Gemütes war, *virum acrem* Kap. 44, 3.

tacitum feras] scil. *id,* das ungerügt, ohne Widerspruch erhältst.

ducturus] scil. *uxorem* od. *in matrimonium*.

7. *manebit*] in der Umgangssprache = *pernoctabit*; Kap. 69, 8; 22, 13, 8; 23, 6, 7.

8. *arces*] Bollwerke, Ecksteine; 1, 55, 6.

9. *in tuto*] Vgl. zu Kap. 8, 9.

huic] = *pudicitiae*. Dieser wurde durch Ausführung des Spruches Gewalt angethan, da die sofortige Entehrung der Verginia vorauszusehen war.

praesentium Quiritium pro sponsa, Verginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque implorabimus fidem, neque tu istud umquam decretum sine caede nostra referes. postulo, Appi, 10
etiam atque etiam consideres, quo progrediare. Verginius viderit 11
de filia, ubi venerit, quid agat; hoc tantum sciat, sibi, si huius vindiciis cesserit, condicionem filiae quaerendam esse. me vindicantem sponsam in libertatem vita citius deseret quam fides.'

Concitata multitudo erat certamenque instare videbatur. 46
lictores Icilium circumsteterant; nec ultra minas tamen processum est, cum Appius non Verginiam defendi ab Icilio, sed 2
inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem locum seditionis quaerere diceret: non praebiturum se illi eo die 3
materiam; sed ut iam sciret non id petulantiae suae, sed Verginio absenti et patrio nomini et libertati datum; ius eo die se non dicturum neque decretum interpositurum; a M. Claudio petiturum, ut decederet iure suo vindicarique puellam in posterum diem pateretur. quod nisi pater postero die adfuisset, 4
denuntiare se Icilio similibusque Icili, neque legi suae latorem neque decemviro constantiam defore; nec se utique collegarum lictores convocaturum ad coërcendos seditionis auctores; contentum se suis lictoribus fore.

Cum dilatum tempus iniuriae esset secessissentque advocati 5
puellae, placuit omnium primum fratrem Icili filiumque Numitori, impigros iuvenes, pergere inde recta ad portam, et, quan-

referes] 'wiederholen, erneuern'; vgl. Kap. 10, 5 u. 55, 6.

10. *postulo*] mit nachfolgendem Konj. ohne *ut,* wie Caes. b. G. 4, 16, 3 u. Liv. 21, 12, 5; mit vorausgestelltem Konj. 22, 53, 12 *in haec verba iures postulo,* Nepos 1, 1, 4 u. 7, 4, 1.

11. *condicionem*] 'eine Partie'. — Wenn Verginius dem Claudius die Verginia bis zur Entscheidung überläßt, wird sie entehrt werden und einer Versorgung bedürfen.

vindicantem] nicht nach Rechtsformeln, sondern im offenen Kampfe.

fides] die seiner Braut schuldige Treue.

46. 1. *processum est*] näml. *a lictoribus iussu Appi.*

2. *tribunatum ... spirantem*] welcher noch immer den Geist eines Tribuns in sich trage. — *etiam nunc* aus der direkten Rede beibehalten statt *etiam tum.*

3. *datum*] 'es sei geschehen aus Rücksicht auf'; vgl. Kap. 58, 4.

ius ... dicturum] näher erklärt durch *decretum interpositurum,* er wolle keinen Spruch fällen und keinen Entscheid erteilen. — Bei der veränderten Sachlage wagt er nicht, seinen Spruch zu vollziehen, und giebt sich den Anschein, als stehe sein Klient auf seine Bitte von seinem Rechte ab (vgl. Kap. 33, 10 *decessit iure suo*).

vindicari] in Freiheit entlassen werden.

4. *defore*] 'so werde weder der Gesetzgeber sein Gesetz noch der D. den Mut aufgeben', d. h. er werde mit Festigkeit sein Gesetz ausführen.

5. *secessissent*] näml. zu einer Beratung.

omnium primum] Vgl. zu Kap. 9, 11.

filium Numitori] Schwager des Verginius, Oheim der Verginia.

rectā] Adverb. Ergänze: *viā.*

ad portam] scil. *Capenam,* von wo die *via Latina* nach dem Algidus führte.

6 tum accelerari posset, Verginium acciri e castris: in eo verti puellae salutem, si postero die vindex iniuriae ad tempus praesto esset. iussi pergunt citatisque equis nuntium ad patrem
7 perferunt. cum instaret adsertor puellae, ut vindicaret sponsoresque daret, atque id ipsum agi diceret Icilius sedulo tempus terens, dum praeciperent iter nuntii missi in castra, manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad sponden-
8 dum Icilio ostendere. atque ille lacrimabundus 'gratum est' inquit; 'crastina die vestra opera utar, sponsorum nunc satis est.' ita vindicatur Verginia spondentibus propinquis.

9 Appius paulisper moratus, ne eius rei causa sedisse videretur, postquam omissis rebus aliis prae cura unius nemo adibat, domum se recepit collegisque in castra scribit, ne Ver-
10 ginio commeatum dent atque etiam in custodia habeant. improbum consilium serum, ut debuit, fuit, et iam commeatu sumpto profectus Verginius prima vigilia erat, cum postero die mane de retinendo eo nequiquam litterae redduntur.

47 At in urbe prima luce cum civitas in foro expectatione erecta staret, Verginius sordidatus filiam secum obsoleta veste comitantibus aliquot matronis cum ingenti advocatione in forum
2 deducit. circumire ibi et prensare homines coepit et non orare solum precariam opem, sed pro debita petere: se pro liberis eorum ac coniugibus cottidie in acie stare, nec alium virum esse, cuius strenue ac fortiter facta in bello plura memorari possent; quid prodesse, si incolumi urbe, quae capta ultima

6. *in eo verti . . . si*] Dieselbe Redensart 32, 15, 2; 35, 18, 8; 41, 23, 5. Vgl. Kap. 27, 7.

vindex] Beschützer vor, Verteidiger gegen.

7. *puellae*] Gen.; zu *instaret* ist *Icilio* als Objekt zu denken.

ut vindicaret] er solle sie in Freiheit setzen und Bürgen stellen, welche sich zur Bezahlung einer bestimmten Summe verpflichteten, falls Verginia nicht zum angesetzten Termine vor Gericht erscheinen würde.

tempus terens] Vgl. zu Kap. 7, 3.

praeciperent iter] 'einen Vorsprung gewännen', da vorauszusehen war, daß auch Appius Boten absenden würde, sobald er das Forum verlassen hätte.

8. *lacrimabundus*] Das Wort findet sich nur hier und einmal bei Lactanz. Vgl. zu Kap. 3, 10.

9. *sedisse*] scil. *in tribunali*, um Recht zu sprechen.

adibat] 'herantrat', um Recht zu suchen. — Über das Imperf. vgl. zu Kap. 38, 12.

47. 1. *expectatione erecta*] 1, 54, 8 *cum plebs in foro erecta expectatione staret;* 21, 20, 9 *civitatem omnem expectatione belli erectam invenerunt;* 37, 1, 9 *cum res expectatione certaminis senatum erexisset;* 26, 22, 5. Vgl. zu Kap. 1, 2.

matronis] Sie wollen bezeugen, daß Verginia das echte Kind der Numitoria ist.

cum ingenti advocatione] = *cum ingenti multitudine advocatorum;* Abstraktum statt Konkretum, wie oft *coniuratio* statt *coniurati*.

2. *precariam*] 'aus Gefälligkeit'; Gegensatz *pro debita*, 'als eine Schuldigkeit'.

liberis] Warum vorangestellt? (vgl. Kap. 45, 8); häufiger ist *coniuges ac liberi* (Kap. 52, 4).

quid prodesse] Infin., weil rheto-

timeantur, liberis suis sint patienda? haec prope contionabun- 3
dus circumibat homines. similia his ab Icilio iactabantur.
comitatus muliebris plus tacito fletu quam ulla vox movebat.
adversus quae omnia obstinato animo Appius — tanta vis 4
amentiae verius quam amoris mentem turbaverat — in tribunal
escendit, et ultro querente pauca petitore, quod *ius* sibi pridie
per ambitionem dictum non esset, priusquam aut ille postu-
latum perageret aut Verginio respondendi daretur locus, Appius
interfatur. quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem 5
verum auctores antiqui tradiderint; quia nusquam ullum in
tanta foeditate decreti veri similem invenio, id, quod constat,
nudum videtur proponendum, decresse vindicias secundum ser-
vitutem. primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis de- 6
fixit; silentium inde aliquamdiu tenuit. dein, cum M. Claudius
circumstantibus matronis iret ad prendendam virginem lamen-
tabilisque eum mulierum comploratio excepisset, Verginius 7
intentans in Appium manus 'Icilio', inquit, 'Appi, non tibi
filiam despondi, et ad nuptias, non ad stuprum educavi. pla-
cet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere?
passurine haec isti sint, nescio; non spero esse passuros illos,
qui arma habent.' cum repelleretur adsertor virginis a globo 8
mulierum circumstantiumque advocatorum, silentium factum
per praeconem.

Decemvir alienatus ad libidinem animo negat ex hesterno 48
tantum convicio Icili violentiaque Vergini, cuius testem popu-
lum Romanum habeat, sed certis quoque indiciis compertum
se habere, nocte tota coetus in urbe factos esse ad movendam
seditionem. itaque se haud inscium eius dimicationis cum 2

rische Frage, = *nihil prodesse;* was? und wem?

capta] scil. *urbe.*

suis] zu beziehen auf das bei *prodesse* zu denkende Objekt (*sibi*).

3. *haec*] Objekt zum Adjektiv *contionabundus*, indem dieses wie ein Particip behandelt wird.

movebat] Vgl. zu Kap. 18, 6.

4. *verius quam*] oft bei Livius statt *magis quam:* 1, 56, 9; 2, 26, 1; 9, 17, 16.

per ambitionem] aus Parteilichkeit.

perageret] Vgl. zu Kap. 40, 5.

5. *quem ... praetenderit*] Der Satz fängt so an, als ob nachfolgen würde: *non constat, non referam.* Über *praetendere* vgl. Kap. 45, 1.

forsan etc.] Die alten Historiker haben vielleicht eine richtige Einleitung überliefert, welche er seinem Entscheide vorausschickte.

6. *tenuit*] Vgl. zu Kap. 19, 2.

7. *promiscue*] durch einander, ohne Wahl, wie die Tiere in ungezügelter Begierde zur Begattung hinstürmen.

isti] die umstehende Menge, statt *hi,* weil *haec* vorausgeht.

48. 1. *animo*] Abl. limit., wie 25, 39, 4 *alienatos sensibus,* Tac. Ann. 2, 28 *non vultu alienatus.*

ad libidinem] zur Sinnenlust hingerissen, außer sich vor Wollust.

negat] übel angewendet st. *dicit non,* da nur der erste Teil des abhängigen Satzes verneint wird, der zweite aber positiv ist.

armatis descendisse, non ut quemquam quietum violaret, sed
ut turbantes civitatis otium pro maiestate imperii coërceret.
3 'proinde quiesse erit melius', inquit; '*i*, lictor, submove turbam
et da viam domino ad prendendum mancipium.' cum haec
intonuisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte dimovit,
4 desertaque praeda iniuriae puella stabat. tum Verginius, ubi
nihil usquam auxilii vidit, 'quaeso', inquit 'Appi, primum
ignosce patrio dolori, si quo inclementius in te sum invectus;
deinde sinas hic coram virgine nutricem percontari, quid hoc
rei sit, ut, si falso pater dictus sum, aequiore hinc animo
5 discedam.' data venia seducit filiam ac nutricem prope Cloa-
cinae ad tabernas, quibus nunc novis est nomen, atque ibi ab
lanio cultro arrepto 'hoc te uno quo possum' ait 'modo, filia,
in libertatem vindico'. pectus deinde puellae transfigit, respec-
tansque ad tribunal 'te', inquit, 'Appi, tuumque caput san-
guine hoc consecro'.
6 Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius com-
prendi Verginium iubet. ille ferro, quacumque ibat, viam fa-
cere, donec multitudine etiam prosequentium tuente ad portam
7 perrexit. Icilius Numitoriusque exsangue corpus sublatum osten-
tant populo; scelus Appi, puellae infelicem formam, necessitatem
8 patris deplorant. sequentes clamitant matronae, eamne libe-
rorum procreandorum condicionem, ea pudicitiae praemia esse?
cetera, quae in tali re muliebris dolor, quo est maestior im-
9 becillo animo, eo miserabilia magis querentibus subicit. virorum

2. *descendisse*] scil. *in forum*, von einem höher gelegenen Stadtteile.

3. *proinde*] 'demnach', Aufmunterungspartikel, gew. mit Imperativ (Kap. 45, 7), hier mit dem Futur, weil es eine Aufforderung umschreibt.

quiesse] Perf. mit Bezug auf das Futur *erit melius* (vgl. Kap. 41, 3); neben dem Praes. *est melius* würde auch der Inf. Praes. *quiescere* stehen.

da viam] öffne, verschaffe einen Zugang; anders Kap. 45, 5.

intonuisset] 'mit donnernder Stimme gerufen hatte'.

4. *quo*] Ablat. des Pron. indefin. zur Bezeichnung des Maßes: 4, 1, 5; 31, 12, 4.

sinas] neben *ignosce*. Bei Livius findet sich (wie bei Dichtern) die 2. Pers. Praes. Coni. zuweilen statt des Imperativ, bei Cicero nur im Sinne des unbestimmten Subjekts man.

5. *prope Cloacīnae*] scil. *sacrum*. *Cloacina* oder *Cluacina* ist ein Beiname der Venus, 'die Reinigende', vom alten *cluĕre* 'reinigen' (Plin. n. h. 15, 119).

novis] Die *novae tabernae* standen im Nordosten des Forums.

caput] als der wichtigste Teil mit Nachdruck zu *te* hinzugefügt, wie denn Verwünschungen zumeist über das Haupt eines Menschen ausgesprochen werden (vgl. Kap. 55, 7).

7. *infelicem formam*] weil ihre Schönheit die unheilvolle Begierde des Appius erregt hatte.

necessitatem] Bedrängnis, trauriges Los.

8. *eamne . . . esse*] Frage des Unwillens in Oratio obliqua, während man eher den Konj. erwartet in Abhängigkeit von *clamitant*.

quo est maestior] je tiefer er bei

et maxime Icili vox tota tribuniciae potestatis ac provocationis
ad populum ereptae publicarumque indignationum erat.
Concitatur multitudo partim atrocitate sceleris, partim spe 49
per occasionem repetendae libertatis. Appius nunc vocari Ici- 2
lium, nunc retractantem arripi, postremo, cum locus adeundi
apparitoribus non daretur, ipse cum agmine patriciorum iuve-
num per turbam vadens in vincula duci iubet. iam circa Ici- 3
lium non solum multitudo, sed duces quoque multitudinis erant,
L. Valerius et M. Horatius, qui repulso lictore, si iure ageret,
vindicare se a privato Icilium aiebant, si vim adferre cona-
retur, ibi quoque haud impares fore. hinc atrox rixa oritur.
Valerium Horatiumque lictor decemviri invadit; franguntur a 4
multitudine fasces. in contionem Appius escendit; secuntur
Horatius Valeriusque. eos contio audit; decemviro obstrepitur.
iam pro imperio Valerius discedere a privato lictores iubebat, 5
cum fractis animis Appius vitae metuens in domum se pro-
pinquam foro insciis adversariis capite obvoluto recipit.
Sp. Oppius, ut auxilio collegae esset, in forum ex altera 6
parte inrumpit. videt imperium vi victum; agitatus deinde
consiliis atque ex omni parte adsentiendo multis auctoribus
trepidaverat; senatum postremo vocari iussit. ea res, quod 7
magnae parti patrum displicere acta decemvirorum videbantur,

dem Mangel an Selbstbeherrschung empfunden wird.

9. *erat*] bezog sich ausschließlich darauf, daß . . . ihnen entrissen worden sei, und auf Äußerungen des Unwillens über die öffentlichen Zustände (vgl. Kap. 36, 7 u. 38, 11).

Kap. 49—54. Die zweite Auswanderung der Plebs und Abdankung der Dezemvirn. Vgl. Dion. Hal. XI, 38—44.

49. 1. *sceleris*] näml. *ab Appio commissi*, nach Kap. 48, 7.

2. *nunc . . . nunc*] Vgl. zu Kap. 12, 5.

3. *si . . . si*] scharfer Gegensatz. Nach der ganz richtigen Ansicht des Valerius und Horatius (Kap. 41, 1) besitzt Appius das Imperium nicht mehr, er ist ein Privatmann. Daher muß er, wenn er gegen Icilius vorgehen will, entweder den Rechtsweg betreten (vor dem Volke, da es keine gesetzlichen Richter mehr gab) oder offene Gewalt anwenden. Vgl. Tac. Ann. 2, 30 *Pisonem, si iure ageretur, potiorem, si armis, non invalidum.*

vindicare] in Schutz nehmen.

ibi] da, in diesem Falle (Kap. 14, 3).

4. *escendit*] Er steigt auf einen höher gelegenen Punkt am Forum, um zum Volke zu sprechen (nach Dion. 11, 39 ἐπὶ τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱερόν, das Vulcanal).

5. *pro imperio*] 'kraft amtlicher Gewalt' (2, 56, 12; 8, 2, 11), d. h. als wenn er bereits vom Volke mit dem Imperium ausgestattet wäre.

animis] Plur. von einer Person, 'Hochmut, Stolz'.

6. *Sp. Oppius*] Vgl. Kap. 41, 10.

ex altera parte] auf der dem Vulcanal gegenüber liegenden Seite.

atque] *agitatus* und *adsentiendo* gehören in gleicher Weise zu *trepidaverat;* die Verbindung der verschieden konstruierten Glieder ist bei Livius erträglich.

trepidaverat] durch die Menge der Ratgeber und Ratschläge war er in Verwirrung geraten (Kap. 51, 1).

7. *acta*] die Geschäftsführung, das Verfahren.

spe per senatum finiendae potestatis eius multitudinem sedavit.
8 senatus nec plebem inritandam censuit et multo magis pro-
videndum, ne quid Vergini adventus in exercitu motus faceret.
50 Itaque missi iuniores patrum in castra, quae tum in monte
Vecilio erant, nuntiant decemviris, ut omni ope ab seditione
2 milites contineant. ibi Verginius maiorem, quam reliquerat in
3 urbe, motum excivit. nam praeterquam quod agmine prope
quadringentorum hominum veniens, qui ab urbe indignitate rei
accensi comites ei se dederant, conspectus est, strictum etiam
telum respersusque ipse cruore tota in se castra convertit. et
togae multifariam in castris visae maioris aliquanto, quam
4 erat, speciem urbanae multitudinis fecerant. quaerentibus, quid
rei esset, flens diu vocem non misit; tandem, ut iam ex tre-
pidatione concurrentium turba constitit ac silentium fuit, ordine
5 cuncta, ut gesta erant, exposuit. supinas deinde tendens manus
commilitones appellans orabat, ne, quod scelus Ap. Claudi esset,
sibi attribuerent neu se ut parricidam liberum aversarentur.
6 sibi vitam filiae sua cariorem fuisse, si liberae ac pudicae vi-
vere licitum fuisset; cum velut servam ad stuprum rapi videret,
morte amitti melius ratum quam contumelia liberos, miseri-
7 cordia se in speciem crudelitatis lapsum. nec se superstitem

per senatum] Die Plebs hoffte, der Senat werde Maßregeln ergreifen, um die Dezemvirn zur Niederlegung ihrer Gewaltherrschaft zu zwingen.

8. *nec . . . et*] einerseits nicht . . . andrerseits (Kap. 59, 3).

50. 1. *iuniores patrum*] welche sich schon Kap. 41, 1 als Anhänger der Dezemvirn gezeigt hatten. Ihre Absendung bewies, daß der Senat noch nicht mit der Wiedereinführung des Tribunats einverstanden war (vgl. Kap. 41, 5).

in monte Vecilio] wahrscheinlich der sich am Südende des Algidus nach Westen hinziehende Höhenzug. Dorthin war also das Heer von Tusculum weg (Kap. 42, 7) geführt worden.

2. *quam reliquerat*] = *quam (is fuerat,) quem reliquerat.* Vgl. zu Kap. 16, 5.

3. *agmine*] ohne *cum,* wie sonst bei Heeresabteilungen. Vgl. zu Kap. 5, 8.

strictum telum] das gezückte, offen getragene Messer; als Subjekt zu *in se . . . convertit* konstruiert, was im Deutschen zu ändern ist.

multifariam] = *multis locis* (Kap. 5, 1; vgl. zu 22, 7).

fecerant] hatten . . . größer erscheinen lassen.

4. *quaerentibus*] Abl. absol. in einem Wort; vgl. zu Kap. 6, 4.

ex trepidatione] aus dem Gewirre. — *fuit*] = *factum est.*

5. *appellans*] Dies steht in näherer Beziehung zum Prädikat als *tendens* und ist daher mit letzterem nicht durch *et* verbunden.

ne, quod scelus etc.] = *ne scelus, quod* etc.

parricidam] von ungewisser Etymologie, gewöhnlich 'Elternmörder', dann in weiterem Sinn 'Mörder', hier näher bestimmt durch *liberum* (= *liberorum,* d. h. *filiae;* vgl. Kap. 44, 2).

aversarentur] Vgl. zu Kap. 12, 9.

6. *licitum fuisset*] = *ei licitum esset, ei licuisset.*

contumelia] Er hätte seine Tochter, wenn sie Sklavin oder entehrt gewesen wäre, nicht mehr als sein Kind anerkennen können; er hätte sie also durch die Schande verloren.

filiae futurum fuisse, nisi spem ulciscendae mortis eius in auxi-
lio commilitonum habuisset. illis quoque enim filias, sorores
coniugesque esse, nec cum filia sua libidinem Ap. Claudi ex-
tinctam esse, sed quo impunitior sit, eo effrenatiorem fore.
aliena calamitate documentum datum illis cavendae similis in- 8
iuriae. quod ad se attineat, uxorem sibi fato ereptam, filiam,
quia non ultra pudica victura fuerit, miseram, sed honestam
mortem occubuisse; non esse iam Appi libidini locum in domo 9
sua; ab alia violentia eius eodem se animo suum corpus vin-
dicaturum, quo vindicaverit filiae; ceteri sibi ac liberis suis
consulerent.

Haec Verginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius 10
dolori nec suae libertati se defuturos. et immixti turbae mili-
tum togati eadem illa querendo docendoque, quanto visa quam
audita indigniora potuerint videri, simul profligatam iam rem
nuntiando Romae esse, insecutique, qui Appium prope inter- 11
emptum in exilium abisse dicerent, perpulerunt, ut ad arma
conclamaretur vellerentque signa et Romam proficiscerentur.
decemviri, simul iis, quae videbant, iisque, quae acta Romae 12
audierant, perturbati, alius in aliam partem castrorum ad se-
dandos motus discurrunt. et leniter agentibus responsum non
redditur; imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se

7. *in auxilio*] in seltener Weise zu *spem habuisset* gesetzt, indem dieses synonym ist mit *spem posuisset*. Curt. 3, 3, 1 *milites, in quis* (= *quibus*) *plurimum habebat spei.*

sit] In der Oratio obliqua geht Livius oft von der einen Tempusklasse des Konjunktivs in die andere über.

8. *documentum*] 'warnendes Beispiel, Mahnzeichen'; 21, 19, 10.

victura fuerit] als Folgesatz konstruiert; näml. *si ultra vixisset.*

9. *ab alia violentia*] d. h. vor den Mißhandlungen, welche er über Verginius verhängen könnte.

10. *succlamabat*] ein von Cicero und Cäsar nie, von Liv. oft gebrauchtes Wort, auch 6, 40, 12 mit Dativ, öfter ohne einen solchen.

defuturos] 'vernachlässigen'; sie wollen seinen Schmerz rächen und ihre Freiheit schützen.

potuerint videri] 'wie sehr sie beim Anschauen empörender hätten scheinen können als beim Anhören'. Das nicht ganz passend scheinende *potuerint* wurde zugesetzt, weil das einfache *visa sint* nach dem vorangehenden *visa* vermieden werden mußte. Auch Kap. 34, 5 u. 36, 6 steht *posse* bei *videri*, wo es nicht nötig scheint.

profligatam iam rem] 'das Unwesen sei schon vernichtet, die Sache sei entschieden': 21, 40, 11 *bellum profligatum conficere.*

11. *insecuti*] Leute, welche erst einige Zeit nach Verginius und seinem Zuge (Kap. 48, 6 u. 50, 3) von Rom aufgebrochen sind und sich aus dem Verschwinden des Appius Claudius (Kap. 49, 5) die irrige Meinung gebildet haben, er sei ins Exil gegangen.

vellerent signa] *vellere signa* (die Feldzeichen aus der Erde reißen, sie zum Aufbruch erheben) ist poetischer Ausdruck (Verg. Georg. 4, 108; Aen. 11, 19); in der Prosa steht sonst in der Verbindung mit *signa* das Kompositum *convellere* (vgl. Kap. 7, 3).

12. *simul* ... *que*] ebenso 44, 12, 7 *simul Romanos regemque;* oft *simul* ... *et* (Kap. 62, 6).

inhiberet] Vgl. zu Kap. 38, 1 und wegen des Coni. iterativus zu 11, 2.

13 esse respondetur. eunt agmine ad urbem et Aventinum insidunt,
ut quisque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem cre-
andosque tribunos plebis adhortantes. alia vox nulla violenta
audita est.

14 Senatum Sp. Oppius habet. nihil placet aspere agi: quippe
15 ab ipsis datum locum seditioni esse. mittuntur tres legati
consulares, Sp. Tarpeius, C. Iulius, P. Sulpicius, qui quaererent
senatus verbis, cuius iussu castra deseruissent, aut quid sibi
vellent, qui armati Aventinum obsedissent belloque averso ab
16 hostibus patriam suam cepissent. non defuit, quod respon-
deretur; deerat, qui daret responsum, nullodum certo duce
nec satis audentibus singulis invidiae se offerre. id modo a
multitudine conclamatum est, ut L. Valerium et M. Horatium
ad se mitterent: iis se daturos responsum.

51 Dimissis legatis admonet milites Verginius, in re non
maxima paulo ante trepidatum esse, quia sine capite multitudo
fuerit, responsumque, quamquam non inutiliter, fortuito tamen
2 magis consensu quam communi consilio esse; placere decem
creari, qui summae rei praeessent, militarique honore tribunos
3 militum appellari. cum ad eum ipsum primum is honos de-
ferretur, 'melioribus meis vestrisque rebus reservate' inquit
4 'ista de me iudicia; nec mihi filia inulta honorem ullum iu-
cundum esse patitur, nec in perturbata re publica eos utile
5 est praeesse vobis, qui proximi invidiae sint. si quis usus mei
6 est, nihilo minor ex privato capietur.' ita decem numero tri-
bunos militares creant.

se] als ob das Aktiv *respondent* folgte.

13. *Aventinum*] weil dieser Hügel jetzt von der Plebs bewohnt war; vgl. zu Kap. 31, 1.

14. *quippe*]. Vgl. zu Kap. 9, 4.

ab ipsis] von den Dezemvirn und dem Senat, da er in § 1 nicht richtig verfahren war.

locum] 'Veranlassung'. Vgl. 25, 14, 10 *nullum neque locum neque tempus cunctationi consiliove dedit.* Wie hier mit *locum do,* so wird oft mit *locus est* ein Dativ verbunden.

15. *consulares*] ältere und beim Volke geachtete Männer, nicht junge, wie § 1. Sp. Tarpeius war Konsul 454 (Kap. 31, 5), P. Sulpicius 461 (vgl. zu Kap. 31, 8); C. Iulius war nie Konsul gewesen (vgl. zu Kap. 33, 3), hatte sich aber als Dezemvir 451 die Gunst des Volkes erworben (Kap. 33, 10).

verbis] im Namen, Auftrag.

quid sibi vellent] Vgl. Kap. 35, 5.

16. *nullodum*] Man beachte das livianische Wort *nullusdum* 'noch keiner': 5, 34, 6; 7, 33, 13; 9, 12, 3; 29, 11, 1.

51. 1. *trepidatum esse*] man sei in Verlegenheit gewesen.

2. *summae rei*] des Ganzen.

militarique honore] 'nach ihrem militärischen Ehrenamt', weil sie an der Spitze der Legionen stehen und diese vertreten sollten; üblicher wäre *et a militari honore.*

3. *melioribus*] durch 'Besserung, bessere Gestaltung' zu übersetzen.

iudicia] günstige, anerkennende Urteile.

4. *in*] Vgl. zu Kap. 8, 7. — *proximi*] am meisten ausgesetzt.

Neque in Sabinis quievit exercitus. ibi quoque auctore 7
Icilio Numitorioque secessio ab decemviris facta est non minore motu animorum Sicci caedis memoria renovata, quam quem nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita accenderat. Icilius, ubi audivit tribunos militum in Aventino 8
creatos, ne comitiorum militarium praerogativam urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur, peritus rerum 9
popularium imminensque ei potestati et ipse, priusquam iretur ad urbem, pari potestate eundem numerum ab suis creandum curat. porta Collina urbem intravere sub signis, mediaque 10
urbe agmine in Aventinum pergunt. ibi coniuncti alteri exercitui viginti tribunis militum negotium dederunt, ut ex suo numero duos crearent, qui summae rerum praeessent. M. Oppium, Sex. Manilium creant.

Patres solliciti de summa rerum, cum senatus cottidie 11
esset, iurgiis saepius terunt tempus quam consiliis. Sicci caedes 12
decemviris et Appiana libido et dedecora militiae obiciebantur. placebat Valerium Horatiumque ire in Aventinum. illi negabant se aliter ituros, quam si decemviri deponerent insignia magistratus eius, quo anno iam ante abissent. decemviri, que- 13
rentes se in ordinem cogi, non ante quam perlatis legibus, quarum causa creati essent, depositurος imperium se aiebant.

Per M. Duillium, qui tribunus plebis fuerat, certior facta 52

7. *neque*] 'auch nicht, ebensowenig'; Kap. 32, 5.

Icilio Numitorioque] Daß sie sich dahin begeben haben, ist Kap. 49, 5 übergangen worden.

Sicci caedis] Vgl. Kap. 43.

8. *praerogativa* (scil. *centuria*) hieß in Rom die durch das Los bezeichnete Centurie der ersten Klasse, welche zuerst stimmte (z. B. 5, 18, 1). Da dieser die übrigen in der Regel beistimmten, so bedeutet es auch 'voraufgegangene Abstimmung, Vorwahl'.

9. *rerum popularium*] der Volksbewegungen, wie es beim Volke zu gehen pflegt.

imminens] 'trachtend nach'. In diesem Sinne wird *immineo* mit dem Dativ (8, 22, 10; 33, 11, 7) oder mit *in* c. Acc. (23, 16, 3; 25, 20, 5) verbunden.

10. *porta Collina*] Ablat. des Weges (vgl. zu Kap. 3, 8); ebenso *media urbe*.

sub signis] mit vorangetragenen Feldzeichen, nach Legionen und Manipeln geordnet.

coniuncti ... dederunt] ungenaue Konstruktion, da bei *dederunt* beide Heere als Subjekt zu denken sind.

summae rerum] 'die Gesamtheit der Dinge, alle Angelegenheiten'.

12. *dedecora militiae*] Gegenteil Kap. 11, 6 *belli decora;* zur Sache vgl. Kap. 42.

anno iam ante] d. h. am Ende des vorhergehenden Jahres; denn ein Jahr kann seitdem nicht her sein, da das dritte Dezemvirat und das nachfolgende Konsulat des Valerius und Horatius zusammen nur als ein Amtsjahr gezählt wurden.

abissent] nicht faktisch, aber rechtlich nach der bisher feststehenden Sitte.

13. *in ordinem cogi*] Vgl. zu Kap. 35, 6.

quam perlatis legibus] = *quam perlatae essent leges*. Der Abl. absol. nach *non ante quam* (24, 18, 12) und *non prius quam* (5, 7, 7; 8, 14, 6) erklärt sich aus der Vorliebe des L. für Participialkonstruktionen.

52. 1. *M. Duillium*] Volkstribun

plebs contentionibus adsiduis nihil transigi in Sacrum montem
2 ex Aventino transit, adfirmante Duillio non prius, quam deseri
urbem videant, curam in animos patrum descensuram; admo-
niturum Sacrum montem constantiae plebis, sciturosque, sine
restituta potestate *tribunicia* redigi in concordiam resne queant.
3 via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti castra
in monte Sacro locavere, modestiam patrum suorum nihil vio-
lando imitati. secuta exercitum plebs nullo, qui per aetatem
4 ire posset, retractante. prosecuntur coniuges liberique, cuinam
se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia nec libertas
sancta esset, miserabiliter rogitantes.
5 Cum vasta Romae omnia insueta solitudo fecisset, in foro
praeter paucos seniorum nemo esset, vocatis utique in senatum
patribus desertum apparuisset forum, plures iam quam Hora-
6 tius ac Valerius vociferabantur: 'quid expectabitis, patres con-
scripti? si decemviri finem pertinaciae non faciunt, ruere ac
deflagrare omnia passuri estis? quod autem istud imperium
est, decemviri, quod amplexi tenetis? tectis ac parietibus iura
7 dicturi estis? non pudet lictorum vestrorum maiorem prope
numerum in foro conspici quam togatorum aliorum? quid, si
hostes ad urbem veniant, facturi estis? quid, si plebs mox,
ubi parum secessione moveamur, armata veniat? occasune urbis
8 vultis finire imperium? atqui aut plebs non est habenda, aut

471 v. Chr. (2, 58, 2); vgl. Kap. 54, 12 u. 35, 5.

in Sacrum montem] Vgl. zu Kap. 43, 2.

2. *admoniturum*] Chiasmus und Asyndeton beim scharfen Gegensatz. Ergänze: *patres*, welches dann bei *scituros* Subjekt ist.

3. *via Nomentana*] Abl. des Weges. — Es ist dieselbe Straße, auf welcher sie gekommen sind (Kap. 51, 10), von der *porta Collina* nach *Ficulea* (auch 1, 38, 4 erwähnt, nachher verschollen) und *Nomentum*.

in monte Sacro] ungewöhnliche Wortstellung. Vgl. Kap. 15, 3.

modestiam patrum] bei der ersten Secession. Vgl. Liv. 2, 32, 4 *castris quieti, rem nullam nisi necessariam ad victum sumendo, per aliquot dies neque lacessiti neque lacessentes sese tenuere.*

plebs] die übrige Plebs, da auch das Heer aus Plebejern bestand.

5. *vasta*] 'öde, verödet', den unangenehmen Eindruck der ungewöhnlichen Stille bezeichnend.

6. *ruere ac deflagrare omnia*] Bezeichnung des Bürgerkrieges.

7. *non pudet*] mit besonderem Affekt gesprochene Frage ohne Fragepartikel (= *nonne vos pudet*).

aliorum] Auch die Liktoren trugen die Toga.

moveamur] Konjunktiv, weil der Satz mit *ubi* ein Teil der Bedingung ist.

8. *atqui*] 'nun aber' führt versichernd den Untersatz eines Schlusses ein. Im Vorhergehenden ist der Obersatz enthalten: Damit die Stadt nicht zu Grunde gehe, muß die Plebs in dieselbe zurückkehren. Dazu ist Untersatz: Nun aber wird die Plebs nur zurückkehren, wenn sie die Volkstribunen zurückerhält. Es ergiebt sich der Schlußsatz: Also muß das Volkstribunat wieder hergestellt werden.

non est habenda] Das Gerundiv mit einer Negation bedeutet eine Unmöglichkeit; Kap. 11, 4 u. 39, 5.

habendi sunt tribuni plebis; nos citius caruerimus patriciis
magistratibus quam illi plebeis. novam inexpertamque eam 9
potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel
capti ferant desiderium, cum praesertim nec nos temperemus
imperiis, quo minus illi auxilii egeant.' cum haec ex omni 10
parte iactarentur, victi consensu decemviri futuros se, quando
ita videatur, in potestate patrum adfirmant. id modo simul 11
orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur nec suo sanguine
ad supplicia patrum plebem adsuefaciant.

Tum Valerius Horatiusque missi ad plebem condicionibus 53
quibus videretur revocandam componendasque res; decemviris
quoque ab ira et impetu multitudinis praecavere iubentur.
profecti gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur, quippe 2
liberatores haud dubie et motus initio et exitu rei. ob haec
iis advenientibus gratiae actae. Icilius pro multitudine verba 3
facit. idem, cum de condicionibus ageretur, quaerentibus lega-
tis, quae postulata plebis essent, composito iam ante adventum
legatorum consilio ea postulavit, ut appareret in aequitate
rerum plus quam in armis reponi spei. potestatem enim tri- 4
buniciam provocationemque repetebant, quae ante decemviros
creatos auxilia plebis fuerant, et ne cui fraudi esset concisse
milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem.
de decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit; dedi 5

9. *inexpertam*] auch **23**, 18, 10 passiv, wie oft *expertus*. Das Wort wurde vor Liv. in Prosa nicht gebraucht.

ne nunc] *ne* mit Coni. potentialis, = *nedum*, zur Bezeichnung dessen, was am wenigsten statthaben kann: Plaut. Amph. 330; Cic. Verr. 4 § 52, p. domo § 139, ad fam. **9**, 26, 2; Sall. Cat. 11, 8.

nec nos] Vgl. zu Kap. 32, 5.

10. *quando*, 'dieweil', wurde in allen Zeitaltern (auch von Cicero) als kausale Konjunktion (= *quoniam*) gebraucht: Liv. **2**, 15, 5; **4**, 45, 8; **5**, 13, 5 u. 27, 4; **7**, 25, 7; **9**, 8, 4; **10**, 14, 8 u. 44, 8 u. a. Häufiger ist in diesem Sinne *quando quidem* (Kap. 54, 2).

11. *ut . . . caveatur*] 'daß . . . Sicherheit gewährt werde', Inhalt der Bitte, *nec . . . adsuefaciant* Inhalt der Ermahnung.

nec] = *neve*, auch Kap. 58, 5 nach einem Satz mit *ut*, wie *neque* Kap. 44, 5; dagegen Kap. 21, 6 nach einem Satz mit *ne*.

ad supplicia] ganz ungewöhnliche Konstruktion bei *adsuefacere*, statt Abl. oder Dativ, der Klarheit zuliebe.

53. 2. *quippe*] bei einer Apposition, = *quippe qui . . . essent;* ebenso ohne Verbum Kap. 44, 9.

motus initio] Kap. 49, 4.

3. *Icilius*] Die Kap. 51, 10 genannten Männer haben ihm wegen seiner Gewandtheit in den Unterhandlungen diesen Auftrag erteilt.

composito . . . consilio] indem man . . . einen Beschluß vereinbart, sich geeinigt hatte.

rerum] d. h. der Forderungen.

4. *et ne*] Brachylogie, = *et postulabant, ne;* das Verbum ist aus *repetebant* zu ergänzen.

fraudi] 'zum Schaden, Nachteil'. In dieser Bedeutung steht *fraus* auch im besten Latein in der Redensart *mihi fraudi est* (Kap. 54, 5 u. 14) und in der Verbindung mit *sine* (z. B. Liv. **1**, 24, 5 *quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat*).

concisse] = *concivisse*, von *concire* oder *conciere* 'aufrufen'.

quippe eos aequum censebant, vivosque igni concrematuros
minabantur.
6 Legati ad ea: 'quae consilii fuerunt, adeo aequa postu-
lastis, ut ultro vobis deferenda fuerint; libertati enim ea prae-
7 sidia petitis, non licentiae ad impugnandos alios. irae vestrae
magis ignoscendum quam indulgendum est, quippe qui cru-
delitatis odio in crudelitatem ruitis et, prius paene quam ipsi
liberi sitis, dominari iam in adversarios vultis. numquamne
quiescet civitas nostra a suppliciis aut patrum in plebem Ro-
9 manam aut plebis in patres? scuto vobis magis quam gladio
opus est; satis superque humilis est, qui iure aequo in civitate
10 vivit, nec inferendo iniuriam nec patiendo. etiam si quando
metuendos vos praebituri estis, cum reciperatis magistratibus
legibusque vestris iudicia penes vos erunt de capite nostro
fortunisque, tunc ut quaeque causa erit statuetis; nunc liber-
tatem repeti satis est.'
54 Facerent ut vellent permittentibus cunctis, mox redituros
2 se legati rebus perfectis adfirmant. profecti cum mandata
plebis patribus exposuissent, alii decemviri, quando quidem
praeter spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud
3 quicquam abnuere; Appius, truci ingenio et invidia praecipua,

5. *quippe*] meist am Anfang des Satzes, = *nam* (vgl. zu Kap. 9, 4); auch 4, 35, 11 u. 5, 33, 5 nachgestellt, = *enim*.

igni] Der Feuertod war eine den Römern fremde, dagegen bei Galliern und Germanen noch zu Cäsars Zeit nicht seltene Strafe (b. G. 1, 4, 1 u. 53, 7; 7, 4, 10).

6. *consilii*] 'Sache ruhiger Überlegung', im Gegensatz zu der aus leidenschaftlicher Aufregung (§ 7 *irae*) hervorgegangenen Forderung.

ultro] von selber, = *si ea non postulavissetis*.

7. *quippe qui*] Vgl. zu Kap. 6, 6.

8. *quiescet*] mit *a*, wie zuweilen *quies ab aliqua re*.

in plebem] als wenn *constituendis* hinzugefügt wäre.

9. *scuto*] Andeutung, daß die Tribunen bisher die Plebs gegen Willkürlichkeiten schützten.

gladio] = § 6 *licentia ad alios impugnandos*. Eine solche braucht die Plebs nicht, denn die Dezemvirn sind schon genug erniedrigt, wenn sie wieder den übrigen Bürgern gleichgestellt sind.

nec inferendo iniuriam nec patiendo] Erklärung zu *iure aequo*, Abl. modi zu *vivit*. Im Zusammenhang ist die Bestimmung *non inferendo iniuriam* die wichtigere; doch genügt sie nicht zur Erklärung des *ius aequum*.

10. *legibus vestris*] Die Plebs hat wohl ihre eigenen Magistrate (die Tribunen) zurückerhalten, aber nicht eigene Gesetze. Namentlich wurde ihr das Recht, in Tributkomitien gegen Patrizier wegen Kapitalverbrechen Exil und Gütereinziehung zu verhängen (wie sie es in Kap. 13 gegen Cäso Quinctius und Kap. 31, 6 gegen Romilius und Veturius geltend gemacht hat), durch die Zwölf Tafeln genommen und dem Gesamtvolk in den Centuriatkomitien übertragen.

nostro] d. h. der Patrizier.

54. 1. *facerent*] der bloße Konj. ohne *ut* steht zuweilen bei *permittere*.

2. *alii*] = *ceteri*, Gegensatz zu *Appius*.

3. *invidiā praecipuā*] 'Hauptgegenstand des Hasses', entsprechend *odium in se aliorum;* ebenso wird *truci ingenio* erklärt durch

odium in se aliorum suo in eos metiens odio 'haud ignaro'
inquit 'imminet fortuna. video, donec arma adversariis tra- 4
dantur, differri adversus nos certamen. dandus invidiae est
sanguis. nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu
abeam.' factum senatus consultum, ut decemviri se primo quo- 5
que tempore magistratu abdicarent, Q. Furius pontifex maximus
tribunos plebis crearet, et ne cui fraudi esset secessio militum
plebisque. his senatus consultis perfectis dimisso senatu decem- 6
viri prodeunt in contionem abdicantque se magistratu ingenti
hominum laetitia.

Nuntiantur haec plebi. legatos quidquid in urbe hominum 7
supererat prosequitur. huic multitudini laeta alia turba ex
castris occurrit. congratulantur libertatem concordiamque civi-
tati restitutam. legati pro contione: 'quod bonum, faustum 8
felixque sit vobis reique publicae, redite in patriam ad pena-
tes, coniuges liberosque vestros. sed, qua hic modestia fuistis,
ubi nullius ager in tot rerum usu necessario tantae multitudini
est violatus, eam modestiam ferte in urbem. in Aventinum
ite, unde profecti estis. ibi felici loco, ubi prima initia in- 9
choastis libertatis vestrae, tribunos plebi creabitis. praesto
erit pontifex maximus, qui comitia habeat.' ingens adsensus 10
alacritasque cuncta adprobantium fuit. convellunt inde signa
profectique Romam certant cum obviis gaudio. armati per
urbem silentio in Aventinum perveniunt.

Ibi extemplo pontifice maximo comitia habente tribunos 11
plebis creaverunt, omnium primum L. Verginium, inde L. Ici-
lium et P. Numitorium, avunculum Vergini, auctores secessionis,
tum C. Sicinium, progeniem eius, quem primum tribunum ple- 12

suo in eos odio. Man beachte den Chiasmus.

4. *donec*] nur bis. — *nihil ne ego quidem moror*] = *ne ego quidem quicquam moror* ('sträube mich dagegen').

5. *primo quoque tempore*] 'sobald als möglich, je eher je lieber', sehr oft bei Livius, = *quam primum.*

et ne] = *nec* Kap. 52, 11.

6. *consultis*] Der in § 5 gefaßte Senatsbeschluß hat drei Teile, welche auch als drei einzelne Beschlüsse angesehen werden können.

7. *quidquid*] Vgl. zu Kap. 17, 5.

8. *pro contione*] Ergänze: *dixerunt,* 'sprachen vor dem versammelten Volke'; *pro* lokal gebraucht, wie Kap. 19, 4.

quod bonum ... sit] Vgl. zu Kap. 34, 2.

in tot etc.] 'trotz des für eine so große Menge notwendigen Bedürfnisses so vieler Sachen'.

ferte] nehmet mit, *afferte.*

9. *prima*] pleonastisch zu *initia* hinzugefügt. Die Phrase *initia inchoare* 'den Grund legen' findet sich auch 39, 23, 5.

10. *convellunt*] Vgl. zu Kap. 7, 3.

silentio] Abl. modi; ebenso Kap. 72, 1; auch *cum silentio* (7, 35, 1; 25, 9, 15).

11. *avunculum*] Nach Kap. 45, 4 erwartet man *socerum.* Livius hat sich also hier geirrt.

12. *progeniem*] zuweilen von einem Nachkommen gebraucht: 9, 34, 1.

primum tribunum plebis] Vgl. 2, 33, 2 *ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius et L. Albinus.* hi tres

bis creatum in Sacro monte proditum memoriae est, et M. Duil-
lium, qui tribunatum insignem ante decemviros creatos gesserat
13 nec in decemviralibus certaminibus plebi defuerat. spe deinde
magis quam meritis electi M. Titinius, M. Pomponius, C. Apro-
14 nius, Ap. Villius, C. Oppius. tribunatu inito L. Icilius extemplo
plebem rogavit, et plebs scivit, ne cui fraudi esset secessio ab
15 decemviris facta. confestim de consulibus creandis cum pro-
vocatione M. Duillius rogationem pertulit. ea omnia in pratis
Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum Flaminium
appellant.

55 Per interregem deinde consules creati L. Valerius, M. Ho-
ratius, qui extemplo magistratum occeperunt. quorum consu-
latus popularis sine ulla patrum iniuria, nec sine offensione
2 fuit; quidquid enim libertati plebis caveretur, id suis decedere
3 opibus credebant. omnium primum, cum velut in controverso
iure esset, tenerenturne patres plebiscitis, legem centuriatis
comitiis tulere, ut, quod tributim plebes iussisset, populum
teneret; qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum
4 datum est. aliam deinde consularem legem de provocatione,

collegas sibi creaverunt. in his Sicinium fuisse, seditionis auctorem (ergänze: *convenit*)*; de duobus, qui fuerint, minus convenit.*

M. Duillium] Er hatte vor zwanzig Jahren als Tribun den Vater des Dezemvirs Appius Claudius (vgl. zu Kap. 33, 3) wegen seines Widerstandes gegen ein Ackergesetz vor das Gericht der Tributkomitien gezogen (Liv. 2, 61, 2).

15. *in pratis Flaminiis*] zwischen Kapitolin und Tiber, wo später C. Flaminius (Konsul 217) den Circus Flaminius erbaute.

Kap. **55—64.** Das Konsulat des L. Valerius und M. Horatius. Vgl. Dion. Hal. XI, 45—50.

55. 1. *per*] unter dem Vorsitze. Vgl. zu Kap. 8, 2.

occeperunt] Vgl. zu Kap. 19, 2.

nec] 'zwar . . . aber doch nicht'.

2. *caveretur*] 'zugunsten . . . verfügt wurde'. Coniunct. iterativus (vgl. zu Kap. 11, 2).

3. *velut in controverso iure*] 'gewissermaßen streitig'. Die Patrizier hatten die legislativen Plebiscite bisher nicht als verbindlich anerkannt, sofern sie denselben nicht ihre Zustimmung erteilt hatten. Daher war es z. B. nicht möglich gewesen, der Terentilischen Rogation (Kap. 9, 5) durch einen Beschluß der Tributkomitien staatsrechtliche Gültigkeit zu verschaffen.

tulere] näml. die Konsuln, da sie in den Centuriatkomitien den Vorsitz führten.

ut, quod tributim plebes iussisset, populum teneret] Die Beschlüsse der Tributkomitien, in welchen die geringe Zahl der Patrizier auch mitstimmen konnte, werden für alle Römer verbindlich erklärt, also den Beschlüssen der Centuriatkomitien, in denen die Patrizier überlegen waren, gleichgestellt. Das Gesetz scheint weder die Genehmigung des Senates noch die Bestätigung der Patrizier in den Kuriatkomitien verlangt zu haben. Doch konnten solche Plebiscite, welche nicht ohne Mitwirkung der patrizischen Magistrate vollzogen werden konnten, der Einwilligung des Senates nicht entbehren, und es wurde Brauch, daß die Tribunen ihre Rogationen *ex auctoritate senatus* vor die Tributkomitien brachten. So kam es, daß das Gesetz zweimal erneuert wurde (339 und 287 v. Chr.).

4. *consularem legem de provoca-*

unicum praesidium libertatis, decemvirali potestate eversam
non restituunt modo, sed etiam in posterum muniunt sanciendo
novam legem, ne quis ullum magistratum sine provocatione 5
crearet; qui creasset, eum ius fasque esset occidi, neve ea caedes
capitalis noxae haberetur. et cum plebem hinc provocatione 6
hinc tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis,
ut sacrosancti viderentur, cuius rei prope iam memoria abo-
leverat, relatis quibusdam ex magno intervallo caerimoniis
renovarunt, et cum religione inviolatos eos tum lege etiam 7
fecerunt sanciendo, ut, qui tribunis plebis, aedilibus, iudicibus
decemviris nocuisset, eius caput Iovi sacrum esset, familia ad
aedem Cereris, Liberi Liberaeque venum iret. hac lege iuris 8
interpretes negant quemquam sacrosanctum esse, sed eum, qui
eorum cuiquam nocuerit, Iovi sacrum sanciri; itaque aedilem 9

tione] Die Lex Valeria de provocatione (vgl. 2, 8, 2) war durch die Wahl der Dezemvirn für einige Zeit außer Geltung gesetzt worden (*eversa*). Dann war sie allerdings in die Bestimmungen der Zwölf Tafeln aufgenommen worden (vgl. Cic. de rep. 2, 54 *ab omni iudicio poenaque provocari licere indicant XII tabulae compluribus legibus*); doch wollte man auch sicher sein, daß nie wieder eine außerordentliche Magistratur ohne Provokation, ähnlich derjenigen der Dezemvirn, errichtet werde. So erklärt denn die zweite Lex Valeria Horatia schon die Wahl eines Beamten ohne Provokation für gesetzwidrig, so daß man nachher versuchen konnte, auch gegen die Diktatur die Provokation anzuwenden (vgl. 8, 33, 7).

5. *crearet*] Vgl. zu Kap. 1, 6.

esset] Konj. ohne *ut*, wie § 14.

neve ea caedes capitalis noxae haberetur] Subjekt ist *ea* (das); *caedes* ist prädikativer Nominativ und hat den attributiven Genetiv *capitalis noxae* bei sich ('Mord mit todeswürdiger Verschuldung').

6. *plebem*] Das Provokationsrecht kam auch den Patriziern zugut; doch war es für die Plebs gegenüber den patrizischen Magistraten von größerer Wichtigkeit (vgl. Kap. 37, 7).

firmassent] 'sicher gestellt hatten'.

tribunis] Dat. commodi; wie der Satz mit *ut*, in ungewöhnlicher Weise mit *renovarunt* verbunden; füge hinzu: 'den Grundsatz'.

viderentur] 'als . . . angesehen werden sollten'.

aboleverat] vom seltenen *abolesco* 'verschwinde, erlösche': 1, 23, 3 *nomen abolevit*; 9, 36, 1 *cladis Caudinae nondum memoria aboleverat*.

relatis] Vgl. Kap. 10, 5 u. 45, 9.

caerimoniis] Worin diese religiösen Akte bestanden, durch welche die Tribunen *religione inviolati* wurden, läßt sich nicht bestimmen.

7. *sanciendo*] Die Lex sacrata (vgl. zu Kap. 9, 9) wurde erneuert und die Unverletzlichkeit auf sämtliche plebejischen Magistrate ausgedehnt.

aedilibus] Vgl. zu Kap. 6, 9.

iudicibus] Wahrscheinlich zu verbinden mit *decemviris*; doch ist über die *iudices decemviri* nichts bekannt.

eius caput Iovi sacrum esset] Das Haupt (vgl. Kap. 48, 5) dessen, welcher die Unverletzlichkeit der plebejischen Magistrate antasten würde, war dem Juppiter, dem Schützer der Lex sacrata, verfallen; *eum ius fasque erat occidi* § 5. Seine ganze Habe (*familia*) aber sollte verkauft und der Erlös zum Tempelgut der von der Plebs in einem Heiligtum am nördlichen Fuße des Aventin besonders verehrten Götter des Landbaues geschlagen werden.

8. *negant*] Vgl. zu Kap. 48, 1.

9. Die Ädilen spielen in den Parteikämpfen der Patrizier und Ple-

prendi ducique a maioribus magistratibus, quod, etsi non iure fiat — noceri enim ei, cui hac lege non liceat —, tamen ar-
10 gumentum esse non haberi pro sacrosancto aedilem; tribunos vetere iure iurando plebis, cum primum eam potestatem crea-
11 vit, sacrosanctos esse. fuere, qui interpretarentur eadem hac Horatia lege consulibus quoque et praetoribus, quia eisdem auspiciis quibus consules crearentur, cautum esse; iudicem enim
12 consulem appellari. quae refellitur interpretatio, quod iis temporibus nondum consulem iudicem, sed praetorem appellari mos fuerit. hae consulares leges fuere.
13 Institutum etiam ab iisdem consulibus, ut senatus consulta in aedem Cereris ad aediles plebis deferrentur, quae antea
14 arbitrio consulum supprimebantur vitiabanturque. M. Duillius deinde tribunus plebis plebem rogavit plebesque scivit, qui plebem sine tribunis reliquisset quique magistratum sine provo-
15 catione creasset, tergo ac capite puniretur. haec omnia ut invitis, ita non adversantibus patriciis transacta, quia nondum in quemquam unum saeviebatur.

bejer gegenüber den Tribunen eine unbedeutende Rolle; sie sind Verwaltungsbeamte, während sich die Tribunen eifrig mit der Gesetzgebung befassen. Daher konnte es mit der Zeit geschehen, daß einzelne Konsuln und Prätoren meinten, der sakrosankte Charakter der Tribunen komme den Ädilen nicht zu, und sich für berechtigt hielten, einen plebejischen Ädil verhaften zu lassen, ohne daß man die schwere Strafe der dritten Lex Valeria Horatia gegen sie anwandte. Die Gesetzeskenner zur Zeit des Livius glaubten deshalb, die Anschauungen ihrer Zeit rechtfertigen zu müssen durch eine Interpretation des alten Gesetzes, welche wahrscheinlich dem ursprünglichen Sinn desselben nicht entspricht.

10. *primum*] 'zum erstenmal'. — *creavit*] Indikativ, weil der Temporalsatz *cum* ... *creavit* Erklärung des Liv. selbst ist.

11. Der Name *consul* kam erst nach der Dezemviralgesetzgebung in Gebrauch; in den Zwölf Tafeln fand sich dafür noch die ältere Bezeichnung *praetor*. Im J. 366 wurde die richterliche Gewalt vom Konsulate getrennt und einem Prätor übertragen, 242 aber unter den *praetor urbanus* und *pr. peregrinus* geteilt. Es scheinen nun einige Rechtsgelehrte in der dritten Lex Horatia die Worte *iudicibus* und *decemviris* (§ 7) von einander getrennt und auch den Konsuln und Prätoren sakrosankten Charakter beigelegt zu haben. Dies widerspricht dem Zweck des Gesetzes, welches nach § 6 und Kap. 20, 7 vorab die plebejischen Beamten gegen die Machtgebote der Konsuln sicher stellen sollte.

12. *fuerit*] Konjunktiv, um den Satz *quod* . . . *fuerit* als Angabe der *refellentes* hinzustellen.

13. In dem Cerestempel am Nordfuß des Aventin (§ 7) war das Archiv der Plebs, über welches die Ädilen die Aufsicht hatten. In diesem wurden nun Abschriften der Senatsbeschlüsse niedergelegt.

14. *qui plebem sine tribunis reliquisset*] Die Wahl der Tribunen fand seit 471 in Tributkomitien statt (2, 58, 1). Es wird also das Tribunenkollegium mit Geißelung und Enthauptung bedroht, welches wieder (wie es 452 geschehen war) aus Verrat oder politischer Schwäche in eine Unterbrechung des tribunicischen Amtes willigen würde.

Fundata deinde et potestate tribunicia et plebis libertate 56
tum tribuni, adgredi singulos tutum maturumque iam rati,
accusatorem primum Verginium et Appium reum deligunt. cum 2
diem Appio Verginius dixisset et Appius stipatus patriciis
iuvenibus in forum descendisset, redintegrata extemplo est
omnibus memoria foedissimae potestatis, cum ipsum satellites-
que eius vidissent. tum Verginius 'oratio' inquit 'rebus dubiis 3
inventa est; itaque neque ego accusando apud vos eum tempus
teram, a cuius crudelitate vosmet ipsi armis vindicastis, nec
istum ad cetera scelera impudentiam in defendendo se adicere
patiar. omnium igitur tibi, Ap. Claudi, quae impie nefarieque 4
per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio; unius
tantum criminis nisi iudicem dices, te ab libertate in servitutem
contra leges vindicias non dedisse, in vincla te duci iubebo.'

Nec in tribunicio auxilio Appius nec in iudicio populi 5
ullam spem habebat; tamen et tribunos appellavit, et nullo
morante arreptus a viatore 'provoco' inquit. audita vox una 6
vindex libertatis ex eo missa ore, quo vindiciae nuper ab liber-
tate dictae erant, silentium fecit. et dum pro se quisque deos 7
tandem esse et non neglegere humana fremunt, et superbiae

56. 1. *fundata*] 'fest begründet'; Kap. 60, 1.

tum] Das vorhergehende *deinde* bezieht sich auf den Fortschritt der Erzählung, *tum* fixiert das in dem Abl. abs. liegende Zeitmoment (= *deinde, cum* ... *fundata esset, tum*). Vgl. Kap. 19, 1 u. 66, 5.

2. *in forum*] in eine Kontio zur Voruntersuchung, nicht in die entscheidenden Komitien (vgl. zu Kap. 53, 10).

3. *rebus dubiis*] bei dunklem, nicht unleugbar feststehendem Thatbestand.

nec istum ... *patiar*] Verginius will dem Verbrecher die Verteidigung nicht versagen, aber ihn sogleich zum Geständnis nötigen und ihm durch Verhaftung die Flucht unmöglich machen (Kap. 57, 6).

4. *per biennium*] im zweiten und dritten Jahr des Dezemvirats.

alia super alia] eines über das andere (Kap. 34, 6).

gratiam facio] hier 'zugute halten, erlassen'; anders beim Gerundium Kap. 41, 4.

unius criminis] zu verbinden mit *iudicem dices*. Der Anklagende fordert den Appius auf, ihm eine Sponsion (vgl. zu Kap. 24, 5) anzubieten und über einen Punkt der Anklage einen Schiedsrichter entscheiden zu lassen. Wenn entweder dieser sich dahin ausspricht, Appius habe einen Rechtsanspruch auf eine freie Person in gesetzwidriger Weise zugunsten der Knechtschaft entschieden, oder wenn Appius die Annahme eines Schiedsspruches verweigert, muß dessen Schuld als unleugbar erscheinen und kann der Tribun mit vollem Recht das *ius prensionis* gegen ihn anwenden und ihn in Untersuchungshaft führen lassen.

5. *tribunos appellavit*] Sie sollen gegen seine Verhaftung intercedieren und ihn gegen Bürgschaft auf freiem Fuße lassen (wie Kap. 13, 6 den Cäso Quinctius). Da sie aber nicht darauf eingehen, will Appius zum Volke reden, um von diesem zu erlangen, daß er in Freiheit bleibe.

6. *vindex*] 'Bürgschaft, Talisman'; Cic. de or. 2, 199 *provocationem, patronam illam civitatis ac vindicem libertatis*.

7. *deos tandem esse*] 'endlich seien

8 crudelitatique etsi seras, non leves tamen venire poenas(: provocare, qui provocationem sustulisset, et implorare praesidium populi, qui omnia iura populi obtrisset; rapique in vincla egentem iure libertatis, qui liberum corpus in servitutem addixisset), ipsius Appi inter contionis murmur fidem populi Ro-
9 mani implorantis vox audiebatur. maiorum merita in rem publicam domi militiaeque commemorabat, suum infelix erga plebem Romanam studium, quo aequandarum legum causa cum maxima offensione patrum consulatu abisset, suas leges, quibus
10 manentibus lator earum in vincla ducatur. ceterum sua propria bona malaque, cum causae dicendae data facultas sit, tum se experturum; in praesentia se communi iure civitatis civem Romanum die dicta postulare, ut dicere liceat, ut iudicium populi Romani experiri. non ita se invidiam pertimuisse, ut nihil in
11 aequitate et misericordia civium suorum spei habeat. quod si indicta causa in vincla ducatur, iterum se tribunos plebei
12 appellare et monere, ne imitentur quos oderint. quod si tribuni eodem foedere obligatos se fateantur tollendae appellationis, in quod conspirasse decemviros criminati sint, at se provocare ad populum, implorare leges de provocatione et con-
13 sulares et tribunicias, eo ipso anno latas. quem enim provocaturum, si hoc indemnato indicta causa non liceat? cui plebeio et humili praesidium in legibus fore, si Ap. Claudio non sit? se documento futurum, utrum novis legibus dominatio an libertas firmata sit, et appellatio provocatioque adversus iniuriam magistratuum ostentata tantum inanibus litteris an vere data sit.

einmal Götter', d. h. sie zeigten ihre Macht.

venire] Auch wir sagen: die Strafe kommt zwar spät, doch . . .

8. *obtrisset*] = *obtrivisset*, 'mit Füßen getreten habe'. — *corpus*] 'Person'.

9. *maiorum*] des Großvaters und des Vaters (vgl. zu Kap. 33, 3). Sie hatten sich im Kriege nicht ausgezeichnet und daheim beide mit den Tribunen Streit gehabt.

studium] 'Vorliebe'. Er hatte allerdings den ärmern und zahlreichern Teil der Plebs (die Schuldner) begünstigt, aber nur, um den reichen Plebejern (den Kapitalisten) zu schaden und so das Patriziat zu stärken.

consulatu abisset] Vgl. zu Kap. 33, 4.

10. *bona malaque*] Verdienst und Schuld.

ut dicere liceat] Er fordert nach einem allen Bürgern zustehenden Recht, daß er die Milde des Volkes anflehen dürfe. Da ihm dies nicht gestattet ist, appelliert er von neuem an die Tribunen.

11. *ne imitentur*] sie sollten nicht durch Aufhebung der Intercession den Dezemvirn nachahmen.

12. *et consulares et tribunicias*] rhetorisch statt *et consularem* (Kap. 55, 4) *et tribuniciam*. Das Plebiscit in Kap. 55, 14 heißt also hier eine *lex tribunicia*.

13. *indemnato*] Der Tribun hat noch kein Strafurteil gegen ihn ausgesprochen, und er hat sich noch nicht verantworten können.

Ap. Claudio] nicht *sibi*, wegen des Gegensatzes zu *plebeio et humili*.

Contra ea Verginius unum Ap. Claudium et legum exper- 57
tem et civilis et humani foederis esse aiebat. respicerent 2
tribunal homines, castellum omnium scelerum, ubi decemvir
ille perpetuus bonis, tergo, sanguini civium infestus, virgas
securesque omnibus minitans, deorum hominumque contemptor,
carnificibus, non lictoribus stipatus, iam ab rapinis et caedibus 3
animo ad libidinem verso virginem ingenuam in oculis populi
Romani velut bello captam ab complexu patris abreptam ministro
cubiculi sui clienti dono dederit; ubi crudeli decreto nefandisque 4
vindiciis dextram patris in filiam armaverit; ubi tollentis corpus
semianime virginis sponsum avumque in carcerem duci iusserit,
stupro interpellato magis quam caede motus. et illi carcerem
aedificatum esse, quod domicilium plebis Romanae vocare sit
solitus. proinde ut ille iterum ac saepius provocet, sic se iterum 5
ac saepius iudicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in ser-
vitutem dederit; si ad iudicem non eat, pro damnato in vincla
duci iubere. ut haud quoquam improbante, sic magno motu 6
animorum, cum tanti viri supplicio suamet plebi iam nimia
libertas videretur, in carcerem est coniectus. tribunus ei diem
prodixit.

Inter haec ab Latinis et Hernicis legati gratulatum de 7
concordia patrum ac plebis Romam venerunt donumque ob
eam Iovi Optimo Maximo coronam auream in Capitolium tulere
parvi ponderis, prout res haud opulentae erant colebanturque

57. 1. *contra ea*] statt *ad ea* oder statt des Adverbs *contra*, wie zuweilen bei Nepos und Livius.

civilis et humani foederis] 'des bürgerlichen und menschlichen Verbandes'; ersterer wird durch die Gesetze, letzterer durch das Naturrecht geregelt.

3. *carnificibus*] Die *carnifices* waren Staatssklaven, welche die Hinrichtungen vollzogen. Nicht besser waren nach Verginius die Liktoren des Appius.

ministro cubiculi sui] 'seinem Kammerdiener, dem Vorsteher seines Harems'; vgl. Kap. 44, 6.

4. *sponsum avumque in carcerem duci*] Übertreibung gegenüber Kap. 49, 2.

stupro interpellato] 'durch die Störung seiner Wollust'.

5. *iudicem illi ferre, ni*] Vgl. zu 24, 5. Verginius will mit Appius eine Geldsumme wetten und sie verlieren, wenn nicht Appius (nach dem Urteil eines Schiedsrichters) gegen die Freiheit entschieden hat.

pro damnato] Die Weigerung des Appius, einen Schiedsrichter anzunehmen, beweist, daß er selber glaubt, er würde von einem solchen verurteilt werden.

6. *suamet*] *met* findet sich selten an einen Nomin. des Possessivums gehängt.

ei diem prodixit] 'bestimmte ihm einen weiteren Gerichtstag'. — Am ersten Gerichtstage fand bloß die Ankündigung der Anklage statt; dann wurde dieselbe nach dem für Volksgerichte regelmäßigen Verfahren an drei weiteren Terminen in Kontionen vorgetragen und untersucht, und nun erst formulierte der anklagende Magistrat seinen Strafantrag und stimmte das Volk in den Centuriatkomitien darüber ab.

7. *inter haec*] = *interea*, oft bei Livius.

8 religiones pie magis quam magnifice. iisdem auctoribus cognitum est Aequos Volscosque summa vi bellum apparare. ita-
9 que partiri provincias consules iussi. Horatio Sabini, Valerio Aequi evenere. cum ad ea bella dilectum edixissent, favore plebis non iuniores modo, sed emeritis etiam stipendiis pars magna voluntariorum ad nomina danda praesto fuere; eoque non copia modo, sed genere etiam militum, veteranis admixtis,
10 firmior exercitus fuit. priusquam urbe egrederentur, leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt. sunt, qui iussu tribunorum aediles functos eo ministerio scribant.

58 C. Claudius, qui perosus decemvirorum scelera et ante omnes fratris filii superbiae infestus Regillum antiquam in patriam se contulerat, is magno iam natu, cum ad pericula eius deprecanda redisset, cuius vitia fugerat, sordidatus cum
2 gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos orabatque, ne Claudiae genti eam inustam maculam vellent, ut carcere et vinculis viderentur digni: virum honoratissimae imaginis futurum ad posteros, legum latorem conditoremque Romani iuris,
3 iacere vinctum inter fures nocturnos ac latrones. averterent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animos, et potius unum tot Claudiis deprecantibus condonarent, quam propter

religiones] 'der Gottesdienst'.

9. *emeritis stipendiis pars magna voluntariorum*] Bei *pars* ist als das Ganze die Gesamtheit der sich Meldenden zu denken. *voluntariorum* ist Gen. explicativus zu *pars* und giebt an, worin die *pars* bestand. *emeritis stipendiis* ist Abl. qual. und Begründung zu *voluntariorum*, wegen des Gegensatzes zu *iuniores* vorausgestellt ('eine große Zahl Freiwilliger, welche ihre Dienstzeit vollendet hatten').

ad nomina danda] Vgl. zu Kap. 1, 6.

10. *leges decemvirales*] Wann die letzten zwei Tafeln vom Volke angenommen worden seien, giebt Livius nirgends an; doch legt er sie mit Bestimmtheit noch den Dezemvirn bei (Kap. 37, 4).

proposuerunt] Damit jedermann wissen könne, was Gesetz sei.

58. 1. *C. Claudius*] Sein Aufenthalt in Regillum (vgl. zu Kap. 33, 3) kann noch nicht lange gedauert haben, da er nach dem 15. Mai dieses Jahres (Kap. 38, 1) im Senat erschienen war (Kap. 40).

perosus] Vgl. zu Kap. 34, 8.

ante omnes] = *magis quam ceteris omnibus* (*decemviris*), bei Cicero *praeter ceteros*, 'vorzüglich'.

2. *digni*] nach *genti* durch Konstruktion nach dem Sinne.

honoratissimae imaginis futurum] 'dessen Bild sehr geehrt sein werde'. Vornehme röm. Familien hatten im Atrium ihres Hauses die Büsten (Wachsmasken, *imagines*) ihrer Ahnen aufgestellt; beigefügte Inschriften (*tituli*) gaben Auskunft über die von jedem Ahn bekleideten Ämter und vollbrachten Thaten. Unter den Ahnenbildern der Claudier muß sich nach der Ansicht des Sprechenden dasjenige des Angeklagten auszeichnen durch seine Inschrift, etwa: *bis decemvir consulari potestate legibus scribundis*.

3. *cognitionem cogitationemque*] 'Untersuchung und Erwägung'.

condonarent] Vgl. zu Kap. 12, 8. Sie sollten ihn aus dem Gefängnis entlassen, damit er ins Exil gehen könnte.

quam] Nach *potius* ... *quam* folgt bei Cicero und Livius in der Regel

unius odium multorum preces aspernarentur. se quoque id 4
generi ac nomini dare nec cum eo in gratiam redisse, cuius
adversae fortunae velit succursum. virtute libertatem recupe-
ratam esse; clementia concordiam ordinum stabiliri posse.

Erant, quos moveret sua magis pietate quam eius, pro 5
quo agebat, causa; sed Verginius sui potius ut misererentur
orabat filiaeque, nec gentis Claudiae regnum in plebem sor-
titae, sed necessariorum Verginiae, trium tribunorum, preces
audirent, qui ad auxilium plebis creati ipsi plebis fidem atque
auxilium implorarent. iustiores hae lacrimae videbantur. itaque 6
spe incisa, priusquam prodicta dies adesset, Appius mortem
sibi conscivit.

Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius, proximus 7
invidiae, quod in urbe fuerat, cum iniustae vindiciae a collega
dicerentur. plus tamen facta iniuria Oppio quam non prohibita 8
invidiae fecit. testis productus, qui septem et viginti enumeratis
stipendiis octiens extra ordinem donatus donaque ea gerens in
conspectu populi, scissa veste tergum laceratum virgis ostendit
nihilum deprecans, quin, si quam suam noxam reus dicere
posset, privatus iterum in se saeviret. Oppius quoque ductus 9
in vincula est et ante iudicii diem finem ibi vitae fecit. bona
Claudi Oppique tribuni publicavere. collegae eorum exilii causa
solum verterunt; bona publicata sunt. et M. Claudius, adsertor 10
Verginiae, die dicta damnatus ipso remittente Verginio ultimam
poenam dimissus Tibur exulatum abiit; manesque Verginiae, 11
mortuae quam vivae felicioris, per tot domos ad petendas
poenas vagati nullo relicto sonte tandem quieverunt.

der bloße Konj. ohne *ut*, ebenso Kap. 45, 4 nach *magis* ... *quam*, während *ut* sonst nach einem Komparativ mit *quam* durchaus Regel ist.

4. *id*] daß er für ihn bitte.

dare] gewähren, zuliebe thun; Kap. 71, 5.

velit] *volo succursum* (mit oder ohne *esse*) bedeutet: ich wünsche, daß Beistand geleistet werde.

5. *pietate*] Verwandtenliebe, Teilnahme.

nec] Vgl. zu Kap. 52, 11.

sortitae] 'welches ... als seine Bestimmung ansehe'. Der Ausdruck ist hergenommen von der Verlosung der Provinzen (vgl. zu Kap. 2, 2).

7. *in urbe fuerat*] Vgl. Kap. 41, 10 u. 49, 6.

8. *invidiae*] Gen. zu *plus*. — *productus*] scil. *est a P. Numitorio*.

stipendiis] Die Militärpflicht dauerte vom 18. bis 44. Lebensjahr, 27 Dienstjahre.

extra ordinem] nicht bloß mit seiner Abteilung zusammen, sondern außerordentlicherweise wegen seiner besonderen Tapferkeit.

9. *ante iudicii diem*] an welchem Numitorius eine Strafe beantragen und das Volk sie genehmigen sollte.

collegae] Sie waren nicht verhaftet und konnten sich durch freiwilliges Exil dem Gericht entziehen (vgl. Kap. 13, 9).

10. *ultimam poenam*] Wegen seines falschen Zeugnisses hätte er nach den Zwölf Tafeln mit dem Tode gestraft werden können (vgl. Kap. 29, 7).

11. *manes*] Der Geist der Verstorbenen zürnt über den an ihr begangenen Frevel und kommt erst nach hinreichender Sühne zur Ruhe.

quam vivae] unklassische Verkürzung st. *quam viva fuerat*.

59 Ingens metus incesserat patres, vultusque iam iidem tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant, cum M. Duillius
2 tribunus plebis inhibito salubriter modo nimiae potestati 'et libertatis' inquit 'nostrae et poenarum ex inimicis satis est; itaque hoc anno nec diem dici cuiquam nec in vincla duci
3 quemquam sum passurus. nam neque vetera peccata repeti iam oblitterata placet, cum nova expiata sint decemvirorum suppliciis, et nihil admissum iri, quod vim tribuniciam desideret, spondet perpetua consulum amborum in libertate vestra
4 tuenda cura.' ea primum moderatio tribuni metum patribus dempsit, eademque auxit consulum invidiam, quod adeo toti plebis fuissent, ut patrum salutis libertatisque prior plebeio magistratui quam patricio cura fuisset, et ante inimicos satietas poenarum suarum cepisset, quam obviam ituros licentiae
5 eorum consules appareret. multique erant, qui mollius consultum dicerent, quod legum ab iis latarum patres auctores fuissent, neque erat dubium, quin turbato rei publicae statu tempori succubuissent.

60 Consules rebus urbanis compositis fundatoque plebis statu in provincias diversi abiere. Valerius adversus coniunctos iam in Algido exercitus Aequorum Volscorumque sustinuit consilio
2 bellum; quod si extemplo rem fortunae commisisset, haud scio an, qui tum animi ab decemvirorum infelicibus auspiciis Romanis hostibusque erant, magno detrimento certamen staturum
3 fuerit. castris mille passuum ab hoste positis copias continebat. hostes medium inter bina castra spatium acie instructa complebant, provocantibusque ad proelium responsum Romanus
4 nemo reddebat. tandem fatigati stando ac nequiquam expec-

59. 1. *modo*] *inhibeo modum* 'ich setze eine Schranke'.

2. *ex inimicis*] Attribut zu *poenarum,* wie Kap. 29, 2 *praeda ex eo hoste.*

itaque etc.] Er will gegen alle weiteren Anklagen intercedieren.

3. *repeti*] 'wieder hervorgezogen werden'.

et nihil] *et* entspricht dem *nec,* wie Kap. 49, 8.

vim tribuniciam] das Einschreiten der Tribunen; vgl. Kap. 20, 6.

4. *toti plebis fuissent*] Vgl. Kap. 36, 7.

plebeio] Das Volkstribunat konnte nur von Plebejern, das Konsulat bis 366 v. Chr. nur von Patriziern bekleidet werden; doch vgl. Kap. 65, 1.

5. *mollius consultum*] scil. *esse,* 'man sei zu nachgiebig verfahren'.

ab iis] = *a consulibus.*

auctores fuissent] 'bestätigt, genehmigt hätten', was Kap. 55, 15 durch die Worte *non adversantibus patriciis* angedeutet ist.

tempori succubuissent] 'den Verhältnissen sich gefügt, nachgegeben hatten'. Subjekt: *patres.*

60. 1. *statu*] die staatsrechtliche Stellung.

sustinuit] verzögerte, zog in die Länge (Kap. 65, 16).

2. *auspiciis*] 'Unternehmungen'; vgl. darüber Kap. 42, 5.

3. *mille passuum*] Vgl. zu Kap. 20, 7.

complebant] Imperfekt, weil dies wiederholt geschah.

nemo] ungewöhnlich hinter *Romanus* zum Verb gestellt, nachdrücklicher als *non.*

tando certamen Aequi Volscique, postquam concessum prope-
modum de victoria credebant, pars in Hernicos, pars in Latinos
praedatum abeunt. relinquitur magis castris praesidium quam
satis virium ad certamen. quod ubi consul sensit, reddit in- 5
latum antea terrorem instructaque acie ultro hostem lacessit.
ubi illi conscientia, quid abesset virium, detractavere pugnam, 6
crevit extemplo Romanis animus, et pro victis habebant pa-
ventes intra vallum. cum per totum diem stetissent intenti ad 7
certamen, nocti cessere. et Romani quidem pleni spei corpora
curabant; haudquaquam pari hostes animo nuntios passim tre-
pidi ad revocandos praedatores dimittunt. recurritur ex proximis
locis; ulteriores non inventi.

Ubi inluxit, egreditur castris Romanus vallum invasurus, 8
ni copia pugnae fieret. et postquam multa iam dies erat
neque movebatur quicquam ab hoste, iubet signa inferri consul;
motaque acie indignatio Aequos et Volscos incessit, si victores
exercitus vallum potius quam virtus et arma tegerent. igitur
et ipsi efflagitatum ab ducibus signum pugnae accepere. iamque 9
pars egressa portis erat deincepsque alii servabant ordinem in
suum quisque locum descendentes, cum consul Romanus, prius-
quam totis viribus fulta constaret hostium acies, intulit signa;
adortusque nec omnes dum eductos nec, qui erant, satis ex- 10
plicatis ordinibus, prope fluctuantem turbam trepidantium huc
atque illuc circumspectantiumque se ac suos addito turbatis
mentibus clamore atque impetu invadit. rettulere primo pedem 11
hostes; deinde, cum animos collegissent et undique duces, vic-
tisne cessuri essent, increparent, restituitur pugna.

Consul ex altera parte Romanos meminisse iubebat illo 61
die primum liberos pro libera urbe Romana pugnare: sibimet

4. *postquam*] Vgl. zu Kap. 38, 12. *concessum,* näml. *esse,* 'man sei vom S. zurückgewichen, habe ihnen den S. eingeräumt': 4, 6, 6 *de victoria concedendum esse;* vgl. 4, 2, 10; 22, 12, 4.

6. *conscientia*] Abl. causae; auch 28, 19, 5 mit einem indirekten Fragesatz verbunden.

7. *nocti cessere*] zogen sich zurück, als die Nacht einbrach (vgl. Kap. 17, 9).

corpora curabant] *cibo somnoque* Kap. 2, 10.

8. *multa iam dies*] 'schon hoch am Tage'.

victores] mit Bezug auf § 3 u. 4.

9. *deinceps*] 'der Reihe nach, nach einander'.

descendentes] Das Verbum *descendere* wird zuweilen vom Ausrücken aus dem Lager gebraucht, welches oft auf einer Anhöhe errichtet wurde; daher die Phrase *in aciem descendere* (9, 14, 7; 23, 40, 9; 27, 41, 5 u. a.).

10. *adortusque* etc.] = *adortusque eos, cum nondum omnes educti essent neque ei, qui educti erant, satis explicavissent ordines.*

circumspectantium] Sie schauten ängstlich auf ihre geringe Zahl und die nachrückenden Ihrigen (Kap. 37, 1).

11. *rettulere pedem*] Vgl. zu Kap. 22, 6.

61. 1. *primum*] zum erstenmal nach der Befreiung von den Dezemvirn.

urbe Romana] Vgl. zu Kap. 6, 5.

ipsis victuros, non ut decemvirorum victores praemium essent.
2 non Appio duce rem geri, sed consule Valerio, ab liberatoribus
populi Romani orto, liberatore ipso. ostenderent prioribus
3 proeliis per duces, non per milites stetisse, ne vincerent; turpe
esse contra cives plus animi habuisse quam contra hostes et
4 domi quam foris servitutem magis timuisse. unam Verginiam
fuisse, cuius pudicitiae in pace periculum esset, unum Appium
civem periculosae libidinis; at, si fortuna belli inclinet, omnium
5 liberis ab tot milibus hostium periculum fore. nolle ominari,
quae nec Iuppiter nec Mars pater passuri sint iis auspiciis
conditae urbi accidere. Aventini Sacrique montis admonebat,
ut, ubi libertas parta esset paucis ante mensibus, eo imperium
6 inlibatum referrent, ostenderentque eandem indolem militibus
Romanis post exactos decemviros esse, quae ante creatos fuerit,
nec aequatis legibus imminutam virtutem populi Romani esse.
7 haec ubi inter signa peditum dicta dedit, advolat deinde ad
equites. 'agite, iuvenes', inquit, 'praestate virtute peditem, ut
8 honore atque ordine praestatis. primo concursu pedes movit
hostem, pulsum vos immissis equis exigite e campo. non sustinebunt impetum, et nunc cunctantur magis quam resistunt.'

decemvirorum[wegen des Gegensatzes zu *sibimet ipsis* vor *victores* gestellt, abhängig von *praemium* ('Beute').

2. *liberatoribus populi Romani*] Inwiefern kann dies von seinem Vater (vgl. Kap. 18, 8) und von seinem Großvater (vgl. zu Kap. 17, 8) gesagt werden?

stetisse] *per me stat, quo minus* oder *ne*, 'es liegt an mir, daß nicht'.

3. *habuisse*] Inf. Perf., als gehe *turpe erit* voran; ähnlich Kap. 33, 9.

magis] Der Komparativ hinter *quam* gestellt, wie Kap. 2, 13.

4. *inclinet*] 'sich neige, wende, ändere'.

5. *ominari*] 'andeuten'. Man vermied es, von einem möglichen Unglücke zu sprechen, weil schon das Zugeständnis der Möglichkeit eines solchen eine schlimme Wirkung haben und dasselbe herbeiführen konnte.

Iuppiter] dem von allen Göttern zuerst ein Tempel in Rom gebaut wurde (1, 10, 7).

Mars pater] der Stammvater und Schutzherr des römischen Volkes.

iis] unter solchen (vgl. Kap. 35, 3), so glücklichen, näml. unter dem Beistand der Götter (1, 9, 4 *origini Romanae deos adfuisse*).

7. *haec ubi dicta dedit*] eine dichterische Formel (Verg. Aen. 2, 790; 6, 628; 7, 323), von Liv. 22, 50, 10 unverändert gebraucht, hier durch Einschiebung der Worte *inter signa peditum* umgestaltet; 7, 33, 11 u. 29, 2, 12 *haec dicta dederat*.

advolat] Vgl. zu Kap. 18, 9.

praestate] In der Bedeutung übertreffen wird *praestare* von Cicero und Cäsar stets mit dem Dativ, von Nepos und Livius (5, 36, 4; 7, 30, 4; 44, 38, 5) dagegen mit dem Accus. verbunden.

honore atque ordine praestatis] Als Reiter dienten damals wohl noch ausschließlich die Mitglieder der 18 von Servius Tullius aus den reichsten Patriziern und Plebejern gebildeten Rittercenturien. Sie erhielten ein Staatsroß und trugen einen goldenen Ring; in den Centuriatkomitien stimmten sie zuerst (1, 43, 11). Der Dienst zu Pferd war also mit einem 'ehrenvollen Range' verbunden.

8. *pedes movit hostem*] = Kap. 60, 11 *rettulere primo pedem hostes*.

concitant equos permittuntque in hostem pedestri iam turba- 9
tum pugna; et perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem,
pars libero spatio circumvecti, iam fugam undique capessentes
plerosque a castris avertunt praeterequitantesque absterrent.
peditum acies et consul ipse visque omnis belli fertur in castra; 10
captisque cum ingenti caede, maiore praeda potitur.

Huius pugnae fama, perlata non in urbem modo sed in 11
Sabinos ad alterum exercitum, in urbe laetitia celebrata est,
in castris animos militum ad aemulandum decus accendit. iam 12
Horatius eos excursionibus proeliisque levibus experiundo ad-
suefecerat sibi potius fidere quam meminisse ignominiae de-
cemvirorum ductu acceptae; parvaque certamina in summam
totius profecerant spei. nec cessabant Sabini, feroces ab re 13
priore anno bene gesta, lacessere atque instare rogitantes,
quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque tererent
tempus et in multa proelia parvaque carperent summam unius
belli? quin illi congrederentur acie inclinandamque semel for- 14
tunae rem darent?

Ad id, quod sua sponte satis conlectum animorum erat, 62
indignitate etiam Romani accendebantur: iam alterum exerci-
tum victorem in urbem rediturum, sibi ultro per contumelias

9. *permittunt*] 'lassen sie los, sprengen heran'; Bezeichnung eines heftigen Reiterangriffs (8, 30, 6).

turbatum] Also ist auf Kap. 60, 11 *restituitur pugna* kein Gewicht zu legen.

elati] näml. *cursu*, vordringend (vgl. Kap. 5, 6).

pars] nur einmal gesetzt; das andere ist vor *elati* zu denken.

absterrent] näml. *a castris*.

10. *maiore*] Komparativ zu *ingenti*. In seiner Neigung zur Rhetorik liebt Livius überschwengliche Ausdrücke.

potitur] Wer?

11. *in Sabinos*] Bestimmung des Ortes, begründet durch Angabe der daselbst befindlichen Personen: Kap. 38, 8 *in curiam ad decemviros*.

decus] die ruhmvolle That (vgl. Kap. 11, 6).

12. *experiundo*] Abl. des Mittels zu *adsuefecerat*, 'dadurch, daß er sie erprobte'.

ignominiae... acceptae] Kap. 42, 3.

in summam totius profecerant spei] waren erfolgreich, förderlich gewesen für die Gesamtheit der ganzen Hoffnung, für die vom Kriege überhaupt gehegte Hoffnung.

13. *ab*] vgl. zu Kap. 15, 7.

priore anno] im vorigen Sommer, aber nach röm. Chronologie in dem einen Amtsjahr (von etwa 18 Monaten), welches das dritte Dezemvirat und das Konsulat des Valerius und Horatius umfaßt.

carperent] 'zerteilten'; Kap. 5, 1.

summam unius belli] Das Ganze des einen Krieges, d. h. den Krieg, welcher auf einmal entschieden werden könne.

14. *quin illi congrederentur*] Oratio obliqua zur Or. recta: *quin congredimini* ('warum sie nicht', 'sie möchten doch').

semel] 'ein für allemal', zu verbinden mit *inclinandam*.

62. 1. *ad id, quod*] = *praeterquam quod*, nur bei Livius, noch an drei anderen Stellen (26, 45, 8; 32, 40, 8; 44, 37, 12).

sua sponte] 'von selbst', hier in seltener Weise ohne grammatische Beziehung auf ein wollendes Subjekt, indem der aktive Gedanke vorschwebt: *quod sua sponte satis conlegerant animorum*.

ultro] 'obendrein, sogar noch'.

hostem insultare; quando autem se, si tum non sint, pares
2 hostibus fore? ubi haec fremere militem in castris consul
sensit, contione advocata 'quem ad modum' inquit 'in Algido res
gesta sit, arbitror vos, milites, audisse. qualem liberi populi
exercitum decuit esse, talis fuit. consilio collegae, virtute
3 militum victoria parta est. quod ad me attinet, id consilii animique habiturus sum, quod vos mihi feceritis. et trahi bellum
4 salubriter et mature perfici potest. si trahendum est, ego, ut
in dies spes virtusque vestra crescat, eadem, qua institui, disciplina efficiam; si iam satis animi est decernique placet, agite
dum, clamorem, qualem in acie sublaturi estis, tollite hic in-
5 dicem voluntatis virtutisque vestrae.' postquam ingenti ala-
critate clamor est sublatus, quod bene vertat, gesturum se illis
morem posteroque die in aciem deducturum adfirmat. reliquum
diei apparandis armis consumptum est.

6 Postero die simul instrui Romanam aciem Sabini videre
et ipsi, iam pridem avidi certaminis, procedunt. proelium fuit,
quale inter fidentes sibimet ambo exercitus, veteris perpetuae-
7 que alterum gloriae, alterum nova nuper victoria elatum. con-
silio etiam Sabini vires adiuvere; nam cum aequassent aciem,
duo extra ordinem milia, quae in sinistrum cornu Romanorum
8 in ipso certamine impressionem facerent, tenuere. quae ubi
inlatis ex transverso signis degravabant prope circumventum
cornu, equites duarum legionum sescenti fere ex equis desiliunt,
cedentibusque iam suis provolant in primum, simulque et hosti
se opponunt et aequato primum periculo, pudore deinde ani-

3. *consilii animique*] Je nach dem Verhalten der Soldaten hat der Konsul Einsicht oder Mut nötig, näml. erstere, *si bellum trahendum est*, letzteren, *si decerni placet*.

4. *disciplina*] 'Art der Kriegführung', wie sie Kap. 61, 12 geschildert wurde.

decerni] = *decertari;* ebenso **21**, 41, 5; öfter mit dem Beisatz *acie* (1, 15, 3; **2**, 14, 6; **36**, 17, 16).

indicem] zuweilen von Sachen st. *indicium* (9, 23, 14; **23**, 46, 2; **36**, 24, 6).

5. *quod bene vertat*] Vgl. zu Kp. 26,9.

deducturum] näml. *eos*. Üblicher wäre *educturum* (scil. *e castris*). Vermutlich hatten die Römer ihr Lager auf einer Anhöhe (vgl. zu Kap. 60, 9).

6. *quale*] elliptisch, = *quale esse debuit*.

fidentes sibimet] 'welche sich auf sich selbst verließen, voll Zuversicht waren'.

nova nuper victoria] Wortstellung, wie Kap. 66, 2 *novis semper certaminibus*.

7. *aequassent aciem*] 'ihre Schlachtreihe gleichweit ausgedehnt hatten', wie die Römer.

extra ordinem] außer der Reihe, Schlachtordnung.

8. *inlatis ex transverso signis*] durch einen Flankenangriff.

degravabant] Nach *ubi* (wie nach *ut* Kap. 20, 6 und *postquam* Kap. 38, 12) findet sich das Imperf. zuweilen bei Livius zur Bezeichnung einer einmaligen, aber andauernden Handlung, ebenso bei Sallust, nie bei Cicero.

provolant] Vgl. zu Kap. 18, 9.

aequato periculo] dadurch, daß sie sich in gleicher Weise der Gefahr aussetzten, wie das Fußvolk.

pudore] 'durch das Ehrgefühl', im Folgenden erklärt: Das Fußvolk schämte sich, während die Reiterei

mos peditum accendunt. verecundiae erat equitem suo alieno- 9
que Marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degresso
equiti parem esse.
Vadunt igitur in proelium ab sua parte omissum et locum, 63
ex quo cesserant, repetunt; momentoque non restituta modo
pugna, sed inclinatur etiam Sabinis cornu. eques inter ordines 2
peditum tectus se ad equos recipit. transvolat inde in partem
alteram suis victoriae nuntius; simul et in hostis iam pavidos,
quippe fuso suae partis validiore cornu, impetum facit. non
aliorum eo proelio virtus magis enituit. consul providere omnia, 3
laudare fortis, increpare, sicubi segnior pugna esset. castigati
fortium statim virorum opera edebant; tantumque hos pudor,
quantum alios laudes excitabant. redintegrato clamore undique 4
omnes conisi hostem avertunt, nec deinde Romana vis sustineri
potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad praedam
relinquunt. ibi non sociorum, sicut in Algido, res, sed suas
Romanus populationibus agrorum amissas recepit.
Gemina victoria duobus bifariam proeliis parta maligne 5
senatus in unum diem supplicationes consulum nomine decre-
vit. populus iniussu et altero die frequens iit supplicatum; et
haec vaga popularisque supplicatio studiis prope celebratior
fuit. consules ex composito eodem biduo ad urbem accessere 6
senatumque in Martium campum evocavere. ubi cum de rebus
ab se gestis agerent, questi primores patrum senatum inter

in der ihr eigenen und fremden Kampfart fechte, im Fußkampf hinter derselben zurückzubleiben.

63. 1. *ab sua parte*] 'auf ihrer Seite', dem linken Flügel.

Sabinis cornu] 'den Sabinern der Flügel'; bezeichnender als *dextrum cornu Sabinorum.*

2. *inter ordines*] in den Zwischenräumen zwischen den einzelnen Abteilungen, den Manipeln.

in partem alteram] = *in dextrum cornu Romanorum.*

suae] st. *eorum,* um den Gedanken als Vorstellung der Sabiner zu bezeichnen, 'da sie ja sahen, daß auf ihrer Seite...'.

magis] näml. *quam equitum.*

3. *esset*] Coniunctivus iterativus. Vgl. zu Kap. 11, 2.

4. *undique*] oft neben *omnes,* meist nachgestellt, hier auf beide römischen Flügel zu beziehen.

5. *maligne*] 'mißgünstig'. Wegen des doppelten Sieges hätte das Dankfest wenigstens zwei Tage dauern sollen.

consulum nomine] 'zu Ehren der Konsuln', in Anerkennung ihrer Verdienste. Cic. in Cat. 3, § 15 *supplicatio dis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est.. quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberassem;* und oft.

vaga] 'ungeregelt', da und dort ohne bestimmte Ordnung begangen, während sonst das Ceremoniell vom Senat angeordnet wurde.

popularis] 'volkstümlich', da sie in ungewohnter Weise von der Gunst des Volkes ausging.

6. *eodem biduo*] innerhalb der zwei Tage, an welchen die Supplikation stattfand, der eine am ersten, der andere am zweiten.

in Martium campum] Die Voranstellung des Adjektivs kann ebensowenig auffallen als bei *Sacer mons* (vgl. zu Kap. 15, 3). Warum kommt

7 milites dedita opera terroris causa haberi. itaque inde consules, ne criminationi locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc aedes Apollinis est — iam tum Apollinare appellabant —, avocavere
8 senatum. ubi cum ingenti consensu patrum negaretur triumphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populum de triumpho consulum multis dissuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio
9 vociferante: de patribus, non de hostibus consules triumphare velle, gratiamque pro privato merito in tribunum, non pro virtute honorem peti. numquam ante de triumpho per populum actum, semper aestimationem arbitriumque eius honoris penes
10 senatum fuisse. ne reges quidem maiestatem summi ordinis imminuisse. ne ita omnia tribuni potestatis suae implerent, ut nullum publicum consilium sinerent esse. ita demum liberam civitatem fore, ita aequatas leges, si sua quisque iura ordo,
11 suam maiestatem teneat. in eandem sententiam multa et a ceteris senioribus patrum cum essent dicta, omnes tribus eam rogationem acceperunt. tum primum sine auctoritate senatus populi iussu triumphatum est.

64 Haec victoria tribunorum plebisque prope in haud salubrem luxuriam vertit conspiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur et, quo sua minus cupiditas emineret,
2 consules quoque continuarent magistratum. consensum patrum causabantur, quo per contumeliam consulum iura tribunorum

der Senat aus der Stadt heraus? (Vgl. zu Kap. 10, 1.)

dedita opera] Vgl. Kap. 30, 2.

7. *prata Flaminia*] Vgl. Kap. 54, 15.

Apollinare appellabant] näml. *eum locum, ubi nunc aedes Apollinis est.* Demnach war die Verehrung des Apollo ums Jahr 450 in Rom bereits heimisch.

8. *prodeuntibus*] Ehe das Volk in den Tributkomitien zur Abstimmung schritt, wurde in einer Kontio (vgl. zu Kap. 34, 1) über den Antrag gesprochen, und der Tribun erteilte auch den Gegnern das Wort.

9. *numquam ante de triumpho per populum actum*] Später aber ist mancher vom Senate verweigerte Triumph vom Volke bewilligt worden (vgl. z. B. 7, 17, 9 u. 10, 37, 10). Durch das Gesetz *ut, quod tributim plebes iussisset, populum teneret* ist das Volk befugt, in dieser Angelegenheit mitzureden und den volksfreundlichen Konsuln Recht zu verschaffen.

aestimationem arbitriumque] d. h. die auf der Würdigung der Sachlage beruhende Entscheidung.

10. *implerent*] Statt des Ablat. copiae (Kap. 5, 14; 68, 1; 69, 2) setzt Liv. zu *implere* oft den Gen. abstrakter Begriffe, dagegen nie zu *complere.* Diese Konstruktion (ein Gräcismus) findet sich schon im ältesten Latein (bei Plautus).

ita . . . si] Vgl. Kap. 45, 2.

quisque . . . ordo] Der Ausdruck ist rhetorisch; es handelt sich hier nur um die Kompetenzen des Senates (*summi ordinis*, dem allein die *maiestas* zukommt) und der Volksversammlung.

64. 1. *luxuriam*] 'Übermut' (vgl. Kap. 33, 2).

vertit] 'schlug um'; reflexiv, wie Kap. 26, 9.

cupiditas] Begehrlichkeit, Parteileidenschaft.

continuarent] 'fortführten'; Kap. 21, 2.

2. *per*] modal st. *cum*, wie Kap. 42, 2 u. 66. 5.

iura tribunorum plebis labefac-

plebis labefactata essent. quid futurum nondum firmatis legibus, 3
si novos tribunos per factionis suae consules adorti essent? non enim semper Valerios Horatiosque consules fore, qui libertati plebis suas opes postferrent.

Forte quadam utili ad tempus, ut comitiis praeesset, po- 4
tissimum M. Duillio sorte evenit, viro prudenti et ex continuatione magistratus invidiam imminentem cernenti. qui cum ex 5
veteribus tribunis negaret se ullius rationem habiturum pugnarentque collegae, ut liberas tribus in suffragium mitteret aut concederet sortem comitiorum collegis habituris e lege potius comitia quam ex voluntate patrum, iniecta contentione Duillius, 6
consules ad subsellia accitos cum interrogasset, quid de comitiis consularibus in animo haberent, respondissentque se novos consules creaturos, auctores popularis sententiae haud popularis nactus in contionem cum iis processit. ubi cum con- 7
sules producti ad populum interrogatique, si eos populus Romanus, memor libertatis per illos receptae domi, memor militiae rerum gestarum, consules iterum faceret, quidnam facturi essent, nihil sententiae suae mutassent, conlaudatis consulibus, 8
quod perseverarent ad ultimum dissimiles decemvirorum esse, comitia habuit; et quinque tribunis plebi creatis, cum prae studiis aperte petentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit nec deinde comitiorum causa habuit. satisfactum legi aiebat, quae numero nusquam prae- 9

tata] Claudius hat die Tribunen gewarnt, ihre Macht nicht über alles auszudehnen, und viele Patrizier haben ihn unterstützt. Nun geben die Tribunen vor, dadurch seien ihre Rechte geschmälert worden.

3. *factionis suae*] 'welche zu ihrer Partei hielten'; Kap. 67, 9 *consules vestrarum partium.* Zu *adorti essent* ist *patres* als Subjekt zu denken, und darauf bezieht sich *suae.*

postferrent] nur hier bei Liv., nicht vor ihm, einigemal bei Späteren.

4. *ad tempus*] inbezug auf die Zeit, für die Zeitverhältnisse.

sorte] Die Tribunen pflegten also denjenigen von ihnen, welcher die Wahl der Nachfolger anzuordnen hatte, durch das Los zu bestimmen.

5. *negaret*] Er wollte diejenigen Stimmen, welche auf die alten Tribunen fallen würden, nicht gelten lassen (vgl. Kap. 21, 8), obwohl das Gesetz eine solche Wiederwahl nicht untersagte und dem Volke inbezug auf die Bewerber volle Freiheit ließ.

6. *iniecta contentione Duillius*] Teil des Nachsatzes, daher kein *et* davor.

ad subsellia] Die Tribunen saßen auf dem Forum auf einfachen Stühlen.

auctores etc.] d. h. beim Volke beliebte Vertreter, Unterstützer seiner dem Volke mißliebigen Ansicht.

7. *militiae*] Ortsbestimmung, Gegensatz zu *domi,* vor *rerum* gestellt, wie *domi* nach *receptae.*

8. *ad ultimum*] 'bis zuletzt', ebenso § 11; anders Kap. 10, 3.

tribus non explerent] 'nicht das Mehr erhielten'. — Jede der 30 servianischen Tribus hatte eine Stimme. Duillius erklärte nun alle auf die alten Tribunen fallenden Stimmen für ungültig, und von den neuen Bewerbern brachte es keiner auf 16 Stimmen.

9. *legi*] = *legibus.* Gemeint sind

finito, tribuni modo ut relinquerentur, sanciret et ab iis, qui
10 creati essent, cooptari collegas iuberet; recitabatque rogationis
carmen, in quo sic *erat*: tribunos plebei decem rogabo; si qui
vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis, tum ut ii,
quos hi sibi collegas cooptassint, legitimi eadem lege tribuni
11 plebei sint, ut illi, quos hodie tribunos plebei feceritis.' Duillius, cum ad ultimum perseverasset negando quindecim tribunos plebei rem publicam habere posse, victa collegarum cupiditate pariter patribus plebeique acceptus magistratu abiit.

65 Novi tribuni plebis in cooptandis collegis patrum voluntatem foverunt, duos etiam patricios consularesque, Sp. Tarpeium
2 et A. Aternium, cooptavere. consules creati Spurius Herminius,
T. Verginius Caelimontanus, nihil magnopere ad patrum aut
3 plebis causam inclinati, otium domi ac foris habuere. L. Tre-

wohl das Kap. 55, 14 erwähnte *plebiscitum Duillium* und das Gesetz vom Jahre 457, welches die Zahl der Tribunen auf zehn erhöhte (Kap. 30, 5).

tribuni] mit Nachdruck vor *ut* gestellt. Sinn: *quae... id modo sanciret, ut tribuni relinquerentur.*

cooptari] Dieses Wort bezeichnet die Ergänzung eines Kollegiums (z. B. der Augurn Kap. 32, 3) durch die von den vorhandenen Mitgliedern vorgenommene Ernennung ihrer Kollegen.

10. *rogationis carmen*] 'den Wortlaut der Wahlankündigung', die vom Gesetz bestimmte Formel, mittels welcher die Plebs am Komitialtage zur Wahl der Tribunen aufgefordert wurde.

in quo sic erat] 'in welcher es folgendermaßen hieß'; **26**, 33, 14 *plebes sic iussit* etc.

rogabo] in demselben Sinne wie Kap. 65, 4 ('wählen lassen').

qui] adverbialer Ablativ, hier indefinit ('aus irgend einem Grunde'), häufiger interrogativ (Kap. 39, 6; **26**, 3, 3; 28, 43, 18); also *si qui* = *si quo* Kap. 48, 4.

hodie] Zur Wahl der Tribunen war also der Plebs nur e i n Tag verstattet, und bis dahin hatte sie auch immer an e i n e m Tag sämtliche Tribunen gewählt, so daß erst hier Anlaß geboten war, die Formel der Wahleröffnung anzuführen und darzuthun, daß es ungesetzlich gewesen wäre, die Plebs zur Fortsetzung der Wahlen auf einen andern Termin zu berufen.

ut ii... sint] = *ii... sunto,* Konjunktiv des Wunsches verstärkt durch *ut,* wie zuweilen im archaischen Latein, z. B. Ter. Heaut. 810 *ut te quidem di deaeque omnes perduint.*

cooptassint] alte Form des Fut. II statt *cooptaverint.*

11. *quindecim*] Es scheint, daß einige meinten, die zehn alten Tribunen sollten für das nächste Jahr neben den fünf neuen im Amte bleiben.

abiit] mit seinen sämtlichen Kollegen.

Kap. **65.** D i e J a h r e 3 0 6 u n d 3 0 7 d e r S t a d t (4 4 8 u n d 4 4 7 v. C h r.).

1. *patricios consularesque*] Es sind die Konsuln des Jahres 454 (Kap. 31, 5). Die Lex sacrata untersagte zwar den Patriziern den Zutritt zum Tribunat (2, 23, 1); doch hatte dasselbe nun, da die Plebiscite für das gesamte Volk verbindlich erklärt worden waren, eine erhöhte Bedeutung im Staate gewonnen, und es kann nicht auffallen, wenn die Patrizier Anteil an diesem Amte zu erlangen suchten und einzelne Tribunen dieses Verlangen für berechtigt hielten.

3. Trebonius ist überlistet worden, so daß er die Kooptation ohne Einsprache zuließ, und als er

bonius tribunus plebis infestus patribus, quod se ab iis in
cooptandis tribunis fraude captum proditumque a collegis aiebat,
rogationem tulit, ut, qui plebem Romanam tribunos plebi ro- 4
garet, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebi faceret;
insectandisque patribus, unde Aspero etiam inditum est cogno-
men, tribunatum gessit.
Inde M. Geganius Macerinus et C. Iulius consules facti 5
contentiones tribunorum adversus nobilium iuventutem ortas
sine insectatione potestatis eius conservata maiestate patrum
sedavere. plebem decreto ad bellum Volscorum et Aequorum 6
dilectu sustinendo rem ab seditionibus continuere, urbano otio
foris quoque omnia tranquilla esse adfirmantes, per discordias
civilis externos tollere animos. cura pacis concordiae quoque 7
intestinae causa fuit. sed alter semper ordo gravis alterius
modestiae erat. quiescenti plebi ab iunioribus patrum iniuriae
fieri coeptae. ubi tribuni auxilio humilioribus essent, in primis 8
parum proderat; deinde ne ipsi quidem inviolati erant, utique
postremis mensibus, cum et per coitiones potentiorum iniuria
fieret et vis potestatis omnis aliquanto posteriore anni parte
languidior ferme esset. iamque plebs ita in tribunatu ponere 9
aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet: nomina tantum
se biennio habuisse. seniores contra patrum ut nimis feroces 10
suos credere iuvenes esse, ita malle, si modus excedendus esset,

dann nur Plebejer kooptieren wollte, von seinen Kollegen im Stich gelassen worden.

4. *usque eo... dum*] ebenso 23, 19, 14. — Die *Lex Trebonia* untersagte die Kooptation von Tribunen; kam die Wahl der zehn Tribunen nicht am ersten Wahltag zustande, so fand eine Fortsetzung der Wahlen an einem andern Tage statt. Im Jahr 401 wurde dieses Gesetz umgangen (5, 10, 11).

5. *nobilium iuventutem*] = *iuniores patrum.*

6. *sustinendo rem*] 'indem sie die Sache hinhielten', die Aushebung in die Länge zogen und den Krieg verschoben (Kap. 60, 1).

esse] Präsens, nicht Futur, um den Gedanken allgemein auszusprechen, nicht bloß für den vorliegenden Fall.

7. *alter semper ordo* etc.] 'immer erschwerte einer der beiden Stände die Mäßigung des andern'. Diesmal benützen die Patrizier das Maßhalten der Plebejer zu Gewaltthätigkeiten, ein anderes Mal ist es umgekehrt.

8. *essent*] Coniunctivus iterativus nach *ubi*, wie Kap. 19, 3.

coitiones] geheime Verbindungen, Komplotte.

ferme] 'in der Regel', wie Kap. 11, 4 *fere.* — Livius scheint zu behaupten: die ganze Kraft der tribunicischen Gewalt war gewöhnlich gegen Ende des Jahres beträchtlich matter als zu Anfang.

9. *ita... si*] Vgl. zu Kap. 45, 2.

10. *credere*] Inf. histor. — Man erwartet *ut... credebant* als Nebensatz. Livius hat aber die Verbindung *ut... ita* so häufig, daß er hier die eigentliche Bedeutung dieser Wörter nicht beachtet und sie geradezu als beiordnende Konjunktionen ('zwar ... aber') gebraucht, d. h. auch den ersten Teil als Hauptsatz behandelt: 23, 12, 4 *tot acies ut hostium exercitus delesse, ita victoris etiam copias parte aliqua minuisse;* 33, 45, 7; 2, 13, 8.

modus excedendus] Statt *modum*

11 suis quam adversariis superesse animos. adeo moderatio tuendae
libertatis, dum aequari velle simulando ita se quisque extollit,
ut deprimat alium, in difficili est, cavendoque, ne metuant,
homines metuendos ultro se efficiunt, et iniuriam ab nobis
repulsam, tamquam aut facere aut pati necesse sit, iniungi-
mus aliis.

66 T. Quinctius Capitolinus quartum et Agrippa Furius con-
sules inde facti nec seditionem domi nec foris bellum accepe-
2 runt; sed imminebat utrumque. iam non ultra discordia civium
reprimi poterat et tribunis et plebe incitata in patres, cum
dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus contiones
3 turbaret. ad quorum primum strepitum velut signo accepto
arma cepere Aequi ac Volsci, simul quod persuaserant iis duces
cupidi praedarum biennio ante dilectum indictum haberi non
4 potuisse abnuente iam plebe imperium: eo adversus se non
esse missos exercitus; dissolvi licentia militandi morem, nec
pro communi iam patria Romam esse; quidquid irarum simul-
tatiumque cum externis fuerit, in ipsos verti; occaecatos lupos
5 intestina rabie opprimendi occasionem esse. coniunctis exer-
citibus Latinum primum agrum perpopulati sunt; deinde, post-
quam ibi nemo vindex occurrebat, tum vero exsultantibus belli
auctoribus ad moenia ipsa Romae populabundi regione portae

superare, extra modum prodire findet sich siebenmal bei Livius und zuweilen bei späteren Autoren die Redensart *modum excedere.*

superesse] 'im Übermaß vorhanden sein', 2, 27, 12 *supererant animi ad sustinendam invidiam; 27, 10, 4 ad id sibi neque opes deesse et animum etiam superesse.*

11. *moderatio tuendae libertatis*] = *moderatio in tuenda libertate.*

alium] einen andern, mit dem er gerade in Beziehung kommt, wenig verschieden von *alterum, alios.*

in difficili] Vgl. zu Kap. 8, 9.

homines] auch Subjekt zu *metuant* und dem Sinne nach zu *cavendo:* während man auf der Hut ist, daß man niemand zu fürchten brauche, macht man sich selber furchtbar.

Kap. 66—72. Das Jahr 308 der Stadt (446 v. Chr.).

66. 1. *T. Quinctius*] Vgl. zu Kap. 1, 4.

2. *dies alicui nobilium dicta*] wegen der Kap. 65, 8 erwähnten Gewaltthaten.

contiones] in welchen die Tribunen die Untersuchung führten (vgl. zu Kap. 57, 6).

3. *biennio ante*] im vorhergehenden Jahre; ebenso Kap. 68, 8.

4. *dissolvi* etc.] durch die Zügellosigkeit der röm. Plebs, welche den Kriegsdienst verweigere, löse sich die Kriegsverfassung auf und Rom zerfalle in zwei Gemeinwesen.

communi] näml. *patriciorum et plebis.*

lupos] eine geringschätzige Bezeichnung der Römer, welche nach Art der Wölfe gegen einander wüten, nahe gelegt durch die Sage, daß die Gründer Roms von einer Wölfin genährt worden seien. Vgl. Hor. carm. 4, 4, 50; Vell. 2, 27, 2; Iust. 36, 6, 8.

5. *postquam*] Vgl. zu Kap. 38, 12.

tum vero] giebt dem Nachsatz steigernden Nachdruck, während *deinde* notwendiger Gegensatz zu *primum* ist. Vgl. 22, 17, 6 u. 28, 34, 5.

regione] in der Richtung nach; 31, 26, 1 *regione Eleusinis saltum Cithaeronis transcendit.*

Esquilinae accessere vastationem agrorum per contumeliam urbi ostentantes. unde postquam inulti praedam prae se agentes 6
retro ad Corbionem agmine iere, Quinctius consul ad contionem populum vocavit.

Ibi in hanc sententiam locutum accipio: 'Etsi mihi nul- 67
lius noxae conscius, Quirites, sum, tamen cum pudore summo in conspectum vestrum processi. hoc vos scire, hoc posteris memoriae traditum iri, Aequos et Volscos, vix Hernicis modo pares, T. Quinctio quartum consule ad moenia urbis Romae impune armatos venisse! hanc ego ignominiam, quamquam iam 2
diu ita vivitur, is status rerum est, ut nihil boni divinet animus, si huic potissimum imminere anno scissem, vel exilio vel morte, si alia fuga honoris non esset, vitassem. ergo si 3
viri arma illa habuissent, quae in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit! satis honorum, satis superque vitae erat; mori consulem tertium oportuit. quem tandem ignavissimi 4
hostium contempsere? nos consules an vos, Quirites? si culpa in nobis est, auferte imperium indignis et, si id parum est, insuper poenas expetite; si in vobis, nemo deorum nec homi- 5
num sit, qui vestra puniat peccata, Quirites; vosmet tantum eorum paeniteat. non illi vestram ignaviam contempsere nec suae virtuti confisi sunt: quippe totiens fusi fugatique, castris exuti, agro multati, sub iugum missi et se et vos novere. discordia ordinum est venenum urbis huius; patrum ac plebis 6
certamina, dum nec nobis imperii nec vobis libertatis est modus, dum taedet vos patriciorum, nos plebeiorum magistratuum, sustulere illis animos. pro deum fidem, quid vobis vultis? 7

67. 1. *accipio*] ebenso Kap. 71, 14, dagegen *accepimus* 39, 1 u. 69, 8.

hoc vos scire] Acc. c. Inf. als Ausruf des Unwillens, mit 'daß' wiederzugeben (Kap. 72, 3; 9, 11, 12).

2. *si alia fuga honoris non esset*] = *si aliter fieri non potuisset, ut consulatum fugerem.*

3. *ergo* 'also wirklich' Ausdruck des Seelenschmerzes (wie Hor. carm. 1, 24, 5).

satis superque vitae] = *satis vitae, plus quam satis.*

mori] scil. *me*, welches fehlt, da die Person durch *consulem tertium* (Adverb!) genügend angedeutet wird.

4. *ignavissimi*] rhetorische Übertreibung, ebenso *auferte imperium indignis.*

poenas expetite] 'bestraft uns'. Ergänze: *culpae nostrae a nobis.* Vgl. 28, 19, 7 *ab his perfidiae et crudelitatis et sceleris poenas expetendas esse.*

5. *sub iugum missi*] Vgl. Kap. 28, 11.

6. *venenum*] 'der Giftstoff, das Verderben'; 2, 44, 8 u. 52, 2.

urbis huius] ebenso 1, 16, 6: *'Romulus, parens urbis huius.*

dum ... dum] Verbindung von Anaphora und Chiasmus in den beiden Gliedern.

nec vobis libertatis est modus] in §§ 7—9 erklärt.

sustulere illis animos] Vgl. 7, 7, 3 *dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, audientibus laudes meritas tollit animos;* sonst *animos facere alicui;* anders Kap. 65, 6.

7. *pro deum fidem*] *pro* ist Interjektion (22, 14, 6 *tantum, pro! de-*

tribunos plebis concupistis; concordiae causa concessimus. de-
cemviros vos desiderastis; creari passi sumus. decemvirorum
8 vos pertaesum est; coëgimus abire magistratu. manente in
eosdem privatos ira vestra mori atque exsulare nobilissimos
9 viros honoratissimosque passi sumus. tribunos plebis creare
iterum voluistis; creastis: consules facere vestrarum partium;
etsi patribus videbamus iniquum, patricium quoque magistra-
tum plebi donum fieri vidimus. auxilium tribunicium, provo-
cationem ad populum, scita plebis iniuncta patribus, sub titulo
aequandarum legum nostra iura oppressa tulimus et ferimus.
10 qui finis erit discordiarum? ecquando unam urbem habere,
ecquando communem hanc esse patriam licebit? victi nos
11 aequiore animo quiescimus quam vos victores. satisne est nobis
vos metuendos esse? adversus nos Aventinum capitur, adversus
nos Sacer occupatur mons. Esquiliae quidem ab hoste prope
captae sunt; scandentem in aggerem Volscum hostem nemo
submovit. in nos viri, in nos armati estis.
68 Agite dum, ubi hic curiam circumsederitis et forum in-
festum feceritis et carcerem impleveritis principibus, iisdem istis
2 ferocibus animis egredimini extra portam Esquilinam; aut, si
ne hoc quidem audetis, ex muris visite agros vestros ferro
ignique vastatos, praedam abigi, fumare incensa passim tecta.
3 at enim communis res per haec loco est peiore: ager uritur,

generamus a patribus nostris); *deum* ist Gen. Plur. Die Redensart *pro deum* (*atque hominum*) *fidem* findet sich zuweilen im älteren Latein, bei Cicero und Sallust, bei Liv. nur noch **44**, 38, 10.

quid vobis vultis] Vgl. Kap. 35, 5; Ter. Heaut. 61 *nam pró deum atque hominúm fidem, quid vís tibi?*

coëgimus] indem der Senat sie dazu aufforderte (Kap. 54, 6).

8. *mori atque exulare*] = *partim mori partim exulare.*

9. *facere*] scil. *voluistis*. Gemeint sind Valerius und Horatius.

iniuncta patribus] durch die erste Lex Valeria Horatia (Kap. 55, 3).

nostra iura oppressa] indem die Vorrechte der Patrizier durch die Zwölf Tafeln beschränkt wurden.

11. *nobis* zu verbinden mit *metuendos*, mit Nachdruck vor *vos* gestellt.

Aventinum] ebenso **1**, 33, 2 statt *Aventinus*.

in aggerem] An der am meisten gefährdeten Ostseite der Stadt von der *porta Esquilina* bis zur *porta Collina* hatte Servius Tullius einen 1569 m langen und 6,6 m hohen Wall samt Stützmauer errichtet mit einem breiten und tiefen Graben davor (vgl. Dion. 9, 68).

68. 1. *ubi hic curiam circumsederitis*] nicht *postquam* ... *circumsedistis*, um anzudeuten, daß sie eben noch damit beschäftigt seien; vielleicht Anspielung auf Kap. 41, 4.

forum infestum] durch Anklage einzelner Patrizier (Kap. 66, 2).

carcerem impleveritis] Anspielung auf die Verhaftung des Appius und Oppius (Kap. 57, 6 u. 58, 9).

extra] 'vor'. Das Thor wird als Grenzlinie aufgefaßt (7, 11, 10; **10**, 33, 4). Es könnte auch der Abl. des Weges stehen.

2. *abigi*] weil *abactam* mit *visite* im Widerspruch stehen würde.

3. *at enim*] Vgl. zu Kap. **19**, 11.

communis res] nur das Gemeinwesen.

urbs obsidetur, belli gloria penes hostes est. quid tandem?
privatae res vestrae quo statu sunt? iam unicuique ex agris
sua damna nuntiabuntur. quid est tandem domi, unde ea
expleatis? tribuni vobis amissa reddent ac restituent? vocis 4
verborumque quantum voletis ingerent et criminum in prin-
cipes et legum aliarum super alias et contionum; sed ex illis
contionibus numquam vestrum quisquam re, fortuna domum
auctior rediit. ecquis rettulit aliquid ad coniugem ac liberos 5
praeter odia, offensiones, simultates publicas privatasque? a
quibus semper non vestra virtute innocentiaque, sed auxilio
alieno tuti sitis. at hercules cum stipendia nobis consulibus, 6
non tribunis ducibus et in castris, non in foro faciebatis, et
in acie vestrum clamorem hostes, non in contione patres Ro-
mani horrebant, praeda parta, agro ex hoste capto, pleni for-
tunarum gloriaeque simul publicae simul privatae triumphantes
domum ad penates redibatis; nunc oneratum vestris fortunis
hostem abire sinitis. haerete adfixi contionibus et in foro vi- 7
vite; sequetur vos necessitas militandi, quam fugitis. grave
erat in Aequos et Volscos proficisci; ante portas est bellum.
si inde non pellitur, iam intra moenia erit et arcem et Capi-
tolium scandet et in domos vestras vos persequetur. biennio 8
ante senatus dilectum haberi et educi exercitum in Algidum
iussit; sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos alter-
cantes, praesenti pace laeti nec cernentes ex otio illo brevi
multiplex bellum rediturum. his ego gratiora dictu alia esse 9

quid tandem] Widerlegung des Einwurfs in der Form einer verwunderten Frage, 'was denkt ihr denn auch?'

quo statu] ebenso **22**, 22, 10; **26**, 28, 1; **30**, 38, 6; aber *in meliore statu* **29**, 8, 4 u. **37**, 53, 6, *in hoc statu* **26**, 5, 1 u. **38**, 5, 6.

4. *vocis verborumque*] 'Rede und Worte', eine allitterierende Redensart. Ov. ars am. 1, 574 *saepe tacens vocem verbaque vultus habet;* Verg. Aen. 4, 460 *voces et verba.*

re, fortuna auctior] 'reicher an Hab und Gut', rhetorisches Asyndeton.

5. *a quibus . . . sitis*] ironischer Finalsatz ('damit ihr'), um anzudeuten, daß die Plebejer die Feindschaften auf sich nehmen, indem sie doch wissen, daß sie nur bei den Tribunen Schutz gegen dieselben finden.

6. *stipendia*] Die Redensart *stipendia facere* paßt eigentlich erst auf spätere Zeiten. Bis 406 erhielt das Kriegsvolk keinen Sold (**4**, 59, 11).

nobis] Seit drei Jahren (Kap. 63, 5) war kein Krieg geführt worden; Quinctius spielt auf seine früheren Konsulate an.

7. *haerete adfixi*] 'klebt nur, wie angenagelt', ironische Aufforderung.

sequetur] An einen Imperativ schließt sich in Reden oft ein Satz im Futur, um anzugeben, welches die Folge sein werde, wenn das Befohlene geschehe. Wir verbinden die Sätze mit und; im Lateinischen darf *iam* und *tum* stehen, aber keine Konjunktion.

scandet] Subjekt dazu ist *bellum;* also poetisierende Diktion des Redners.

8. *biennio ante*] Vgl. zu Kap. 66, 3; auch *anno ante* 51, 12.

rediturum] entstehen, erwachsen.

scio; sed me vera pro gratis loqui, etsi meum ingenium non
moneret, necessitas cogit. vellem equidem vobis placere, Qui-
rites; sed multo malo vos salvos esse, qualicumque erga me
10 animo futuri estis. natura hoc ita comparatum est, ut, qui
apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit, cuius
mens nihil praeter publicum commodum videt; nisi forte ad-
sentatores publicos, plebicolas istos, qui vos nec in armis nec
in otio esse sinunt, vestra vos causa incitare et stimulare pu-
11 tatis. concitati aut honori aut quaestui illis estis; et quia in
concordia ordinum nullos se usquam esse vident, malae rei se
12 quam nullius, turbarum ac seditionum duces esse volunt. qua-
rum rerum si vos taedium tandem capere potest et patrum
13 vestrosque antiquos mores vultis pro his novis sumere, nulla
supplicia recuso, nisi paucis diebus hos populatores agrorum
nostrorum fusos fugatosque castris exuero et a portis nostris
moenibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem, quo nunc
vos attoniti estis, transtulero.'

69 Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi quam
2 tunc severissimi consulis fuit. iuventus quoque, quae inter
tales metus detractationem militiae telum acerrimum adversus
patres habere solita erat, arma et bellum spectabat. et agre-
stium fuga spoliatique in agris et vulnerati foediora iis, quae
3 subiciebantur oculis, nuntiantes totam urbem ira implevere. in
senatum ubi ventum est, ibi vero in Quinctium omnes versi
ut in unum vindicem maiestatis Romanae intueri; et primores
patrum dignam dicere contionem imperio consulari, dignam tot

10. *natura* etc.] es liegt in der Natur der Sache; Kap. 9, 11.

sua causa] in eigener Sache, in eigennützíger Absicht.

publicos] statt des Gen. obiect. *populi*.

vos nec in armis nec in otio esse sinunt] indem sie die Aushebungen verhindern und innere Streitigkeiten erregen.

11. *nullos usquam*] von keiner Bedeutung irgendwo, d. h. nirgends von Bedeutung.

quam] als ob *malunt* nachfolge. Vgl. 25, 29, 6 *famaene credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse?* Cic. de inv. 2, 5; oft bei Hom., z. B. Ilias 1, 117 *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι.*

13. *nisi*] mit Fut. ex., indem *nulla supplicia recuso* dem Sinne nach Futur ist, = *omnia supplia perferam.*

fusos fugatosque] Vgl. Kap. 8, 5.

69. 2. *iuventus*] die junge Mannschaft, welche zum Kriegsdienst verpflichtet war und denselben unter dem Schutz der Tribunen schon mehrmals verweigert hatte.

quae subiciebantur oculis] was sich ihren Augen darbot, vor ihren Blicken lag.

nuntiantes] Bestimmung zu *spoliati* und *vulnerati*, zweites Glied zu *fuga*.

3. *in senatum*] vorangestellt im Gegensatz zu *plebi* § 1.

ut in unum] = *in eum ut in unum*. Vgl. 40, 13, 4 *in hostiam intuens*. Ebenso setzt Cicero zuweilen bei diesem Verb (in der Bedeutung 'ehrerbietig hinblicken') *in* c. Acc. Häufiger ist der bloße Accusativ.

contionem] die an das Volk gehaltene Rede.

consulatibus ante actis, dignam vita omni, plena honorum saepe
gestorum, saepius meritorum: alios consules aut per proditio- 4
nem dignitatis patrum plebi adulatos aut acerbe tuendo iura
ordinis asperiorem domando multitudinem fecisse, T. Quinctium
orationem memorem maiestatis patrum concordiaeque ordinum
et temporum in primis habuisse. orare eum collegamque, ut 5
capesserent rem publicam; orare tribunos, ut uno animo cum
consulibus bellum ab urbe ac moenibus propulsari vellent
plebemque oboedientem in re tam trepida patribus praeberent:
appellare tribunos communem patriam auxiliumque eorum im-
plorare vastatis agris, urbe prope oppugnata. consensu omnium 6
dilectus decernitur habeturque. cum consules in contione pro-
nuntiassent tempus non esse causas cognoscendi, omnes iu-
niores postero die prima luce in campo Martio adessent —
cognoscendis causis eorum, qui nomina non dedissent, bello 7
perfecto se daturos tempus; pro desertore futurum, cuius non
probassent causam — omnis iuventus adfuit postero die. cohor- 8
tes sibi quaeque centuriones legerunt; bini senatores singulis
